THESIS
AVGVSTINIANA
SEV
S. P. AVGVSTINI TRIVMPHVS,

De Cornelio Ianſenio Epiſcopo Iprenſi, Quinque Propoſitiones apertô campô Mouente, à Summis Pontificibus, Hæreſeos, vt apud ipſum iacent, Damnatas.

Operâ & ſtudiô, R. P. F. SYMEONIS LEPAGE Auguſtiniani, Communitatis Bituricenſis, in Sacra Theologia Lectoris.

Nè quandò dicat inimicus meus, præualui aduersùs eum. Pſalm. 12.

PICTAVII,
Apud IOANNEM FLEVRIAV, Regis & Academiæ Typographum.

Cum Approbatione & permiſſu.
M. CD. LVII.

Nobiliſſimo Clariſſimoque Viro Domino,

D. IOANNI FILLEAV

EQVITI TORQVATO,

Comiti Conſiſtoriano in Senatu Pictauienſi,
Regio Protopatrono.

Et Collegij Doctorum V. Q. Iuris, in Academia Pictauienſi Decano.

LVX in tenebris eluxit, VIR NOBILISSIME, dũm Tui Nominis omnium ore per Galliam Celeberrimi fama, mihi in Eremo Auguſtiniana Recondito, affulſit; uum pro ſacris audiui Zelum, legi votum, nec me uum pro graſſanti eliminanda hæreſi, Fideque tuen-a Studium latuit, adeo vt nihil ægrius moleſtiuſ-ve uleris, quam ſi jaceant Diuina, Auguſta non vene-ntur omnes, aut nec Fidei ſcuto militent Chriſticolæ, t qui labore Tibi nuſquam inſolito, diu noctuque eò llimâris, quò Tabernacula Dei viuentis, ne minimâ reuerentiæ polluerentur labe, aut (quòd infælicius ret) ne fidelium corda, hæreſeos vllâ torperent ſor-. LVXISTI ſimul & ARSISTI, quos enim pientiæ Tuæ luce ſemel imbuiſti, hos & Diuini Amo-s Igne ſuccendiſti, vt quotquot, indefeſſâ ſollicitu-

dine pepereris Chriſto, FILII AQVARVM

In Pſal. 103. *hoc eſt, Tuæ Charitatis* (*Interprete D. P. Auguſtino*) *iure merito Vocitentur, quorum numero adſcribi Fauſtum me dicam, dum hoc qualecúmque Opuſculum* NOMINI TVO ET MERITIS *conſecratum, Splendore continuo dignaberis tueri, & ſacrâ pectoris tui flammâ ſouére; hoc optat, hoc ſperat, hoc precatur.*

TVI;

Pictauis 10. *Sept.* 1657.

Addictiſſimus
F. SYMEON LE PAGE Auguſt.
Communit. Bitur.

VNDE EXCERPTÆ SVNT QVINQVE Propoſitiones Cornelij Ianſenij Epiſcopi Iprenſis, contra Gratiam Mediatoris à Summis Pontificibus damnatæ.

VBI Ianſeniſtæ viderunt quinque ſuas Explicationes aut ſenſus ſupra vnamquamque propoſitionem exploſos eſſe, quibus nitebantur oſtendere, non fuiſſe damnatas in ſenſu Ianſenij (vndè ſignum eſt luce clarius eos tunc temporis & diù admiſiſſe illas fuiſſe Ianſenij Iprenſis) vbi, inquam, & in proprio Ianſenij ſenſu proſcriptas eſſe deprehenderunt, eò dementiæ imò & malitiæ venerunt vt negarint prædictas propoſitiones reperiri in Ianſenio, aut ſi reperiantur, additas fuiſſe nouis impreſſionibus, induſtriâ aduerſariorum, nec enim negare audent propoſitiones illas eſſe erroneas vt per ſe jacent; quâ fugâ non reſtaret amplius inter Catholicos & hæreticos de libris etiam Canonicis concertatio, ſi ſatis ſit aſſerere legitimos deeſſe codices aut ipſos eſſe corruptos, maximè quùm Originales non queant venire in manus omnium; ad meas peruenit liber ipſe Cornelij Ianſenij Epiſcopi Iprenſis Natione Hollandi im-

preſſus Rothomagi anno 1643. ſumptibus Ioannis Berthelin, quem eo correctiorem arbitror & iuxta primum exemplar ſcriptorum prædicti Ianſenij Iprenſis, quod quatuor in locis eiuſdem libri legerim obedientiam & ſummiſſionem ſcriptorum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in principio ſcilicet in Copia Teſtamenti. 2. in libro prœmiali tom. 2. cap. 29. fol. 26. col. 1. E. 3. In eodem tomo 2. lib. 1. de ſtatu naturæ puræ cap. 1. fol. 279. col. 2. E. Deinde in fine in Epilogo omnium ſcriptorum tom. 3. fol. 443. & certo-certiùs ſi quid mali actum eſſet in Editione hac, maximè ſubrepta fuiſſet aliqua ex ijs ſummiſſionibus, aut etiam omnes aliquatenùs corruptæ, quæ quùm videantur integræ & perfectæ, illo vtar libentiùs, ipſiſſima prolaturus verba & terminos Ianſenij Iprenſis pro vnaquaque Propoſitione memorata: Nec amplius de ſenſibus ſubjntellectis aut ſubjntelligendis à Ianſenio Iprenſi diſcutiam, quùm id ab Allexandro VII. ſit cautum per Bullam ex 17. Kal. Nouembris ann. 1656.

Prima Propoſitio Damnata.

Aliqua Dei præcepta hominibus iuſtis ac conantibus ſecundum præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque ijs Gratia quâ poſſibilia fiant.

IAnſenius Iprenſis Epiſcopus toto libro tertio de GratiaChriſti Saluatoris inuehitur in Gratiam ſuf-

ɛientem, vt ab inſtanti naturæ lapſæ peccato Pro-
parentis deſierit, ac nulla penitus fuerit, ſed ſi quâ
ɔs ab hinc donauerit Deus, ipſa ſit efficax. cap. 1.
l. 102. col. 2. litterâ C. Ibidem vocat illam inuti-
m & pernicioſam. fol. 105. col. 1. B. & fol. 106. col.
litterâ C. cap. 3. dicit eſſe Monſtrum, *Iam verò*
quit, *quid monſtruoſius proferri poteſt* vbi autem
Ieruit eam D. P. Auguſtinum non admiſiſſe niſi
ım Semipelagianis errando addit col. 2. fol. 106.
. B. *Itaque illud à recentioribus prolatum gratiæ ſuf-*
ɛientis genus, ſi eſt verum diſtinctumque à gratia effica-
membrum, videtur monſtrum quoddam ſingulare gra-
ɛ, ſolummodo peccatis faciendis majorique damnatio-
accerſendæ ſeruiens, ideoque lapſis hominibus, citra
ei inuidiam damnandis excogitatum. Iiſque *per tran-*
nnam dictis vt loquitur in fine cap. 3. alijſque ſubſe-
uentibus, diſcurrit de omnibus Statibus hominum,
ɛ Iudæis, de Infidelibus, deinde de Iuſtis, vt conuin-
ɛ vbi & quando defuerit Gratia Mediatoris Chri-
; Ergo cap. 5. duo docet, primum ſcilicet legem
ſe Iudæis datam vt abundaret delictum; ſecundum,
is defuiſſe Gratiam, imò ſubſtractam eſſe ne le-
ɛm implerent *paucis exceptis*, quæ verba bis repe-
ɛ, malitioſè cum Manichæis interpretando D. Pau-
m & D. P. Auguſtinum volentes per legem eſſe
gnitionem peccati, aut legem non ſufficere ad ſalu-
m, Ianſenius Ipr. docuit legem eſſe datam vt abun-
ıret delictum, quùm tunc omninò deeſſet gratia,
ſi paucis exceptis, fol. 110. col. 1. littera E. *perſpicuè*
ɑdit. (loquitur de D. P. Aug.) *reipſa homines gratiæ*
jutorio, quod ad implendam legem neceſſarium eſt, ca-
iſſe, ideoque ſæuiente concupiſcentiâ non niſi ſub prauæ-
ratione iacuiſſe reos. Et poſt conſimilia verba, aic
l. 111. col. 2. E. *Itaque lex ſubintrauit vt abundaret*

delictum, lex eis prævaricationis gratiâ poſita eſt, lex fit eis virtus peccati, lex omnem in eis concupiſcentiam & iram operatur. Quot blaſphemias! vt enim ait D. paulus Rom.7.v.12. *lex quidẽ ſancta eſt*,& v.7. *lex peccatum eſt? abſit.* Quod enim Apoſtolus ait Rom.5.v.20. *lex ſubjntrauit vt abundaret delictum*.& 1.Cor.15.v.56. *Virtus verò peccati lex.* Satis per ipſummet quid intendat aperitur Rom.3.v.19. *per legem enim*,inquit, *cognitio peccati*, & Rom.7.v.7. *peccatum non cognoui niſi per legem*; qui ſenſus longè diuerſus eſt ab eo quem profert Ianſenius Ipr. etiam fol. 112. col. 1. A. *ſubjntrat*, inquit, *præceptum vt abundet delictum & fit eis virtus peccati lex dum gratia ad legem implendam adiuuans ſubtrahitur ac differtur.* Et ibidem. *Ex his igitur*, inquit, *ſufficienter demonſtrari Puto eſſe quendam ſub lege ſtatum ſub quo generaliter (paucis exceptis) Iudaïca natio antè Saluatoris aduentum fuit, in quo non ſolùm non dabatur gratia ſufficiens implendi id quod iubebatur, multo-minus gratia ſufficiens ad ſalutem, ſed è cõtrariò talis gratia lationi legis ac ſcopo Dei capitaliter repugnabat.* Et vltimis quinque lineis huius c.5.poſtquam ſtatuit auxilium illud quodcumque daretur eſſe non modò ſufficiens, ſed & ſemper efficax, ſic concludit fol. 113. col. 2. D. *Hæc gratia verò ſufficiens quamuis per Saluatoris aduentum iam reuelata ſit, multis tamen deeſt etiam in noua lege Chriſtianis, ſed ſub veteri teſtamento quo tegebatur pœnè toti Iudaïcæ nationi, paucis exceptis defuit.* Quæ confirmat cap. 6. dicendo omnem dilectionem Iudæorum de Deo fuiſſe carnalem & legem illos ſiue bonos ſiue malos tantùm obſeruaſſe carnaliter. Vetus teſtamentum vocat *Comœdiam* fol. 116.col. 2. B. quæ eſſet figura noui, quæque *vt inutilis eſſet ſaluti ſuæ, ſaltem alienæ figurandæ procurandæque ſeruiret*, & fol. 117. col.1. B. dicit, Iu-

æos non multum Gentibus præſtitiſſe, *Ex quo*, in-
uit, *& inter Gentes maximeque Romanos nonnulli car-
alem illam juſtitiam cum ciuibus & hoſtibus coluerunt,*
: addit, *ſed in eo erat eorum qui boni inter illos erant,
ræ Gentibus Romaniſque præcellentia, quod iſti boni à
Deo vero, non ab idolis ac dæmonibus, vt gentes impij-
ue Iudæi concupitam promiſſamque fælicitatem expecta-
nt.* & cap. 7. fol. 117. col. 1. E. *hoc ipſum tamen*, in-
uit, *quod inſinuabat docendo, non præſtabat largiendo,
ec vllam Omninò Gratiam ad hoc præſtandum dabat, ſed
nimos in eadem terreni amoris glacie fixos obduratoſque
elinquebat.* Vbi vero cap. 10. fol. 124. aſſeruit excœ-
atis & obduratis, vt idem docuerat priùs de Iudæis,
ilicet deeſſe Gratiam, tranſit ad infideles cap. 11. fol.
26. col. 1. D. *non niſi*, inquit, *gratis ac temerè dici poſſe,
lem omnibus infidelibus dari.* & docet conſequenter
mnia illorum opera eſſe peccata fol. 127. col. 1. A.
. *Tertio*, inquit, *probauimus fusè in præcedentibus*
citat in margine l. 4. de ſtatu naturæ lapſæ à cap. 1.
ſque ad cap. 18.) *Nullum omninò bonum moraliter
pus, hoc eſt nullum opus, quod non ſit peccatum ab infi-
elibus poſſe fieri, ſed quidquid faciant, quoquo modo ſe
ertant, quamcumque rectam meditentur operationem,
otum in eis peruerſi amoris cupiditate contaminatum eſſe,
rex vulnere in vulnus ſurgere, vt pote qui quandiu infi-
eles maneant, ipſis principijs faciendi moraliter boni ca-
eant.* Eadem habet fol. 131. col. 2. B. *quæ quùm ita
int, quid aliud potuit de infidelibus docere* (loquitur de
D.P. Aug.) *niſi quod Omni Gratiâ quâ vel legem obſer-
are, vel benè operari, vel præuaricationem legis euadere
queant, prorſus careant.* Verum nec ipſe pertimuit ana- Conci.
hemate percelli, clara extant verba Cōcilij Trid. ſeſſ. Trid.
Can. 7. *Si quis dixerit opera omnia quæ antè iuſtifi-
ationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, vere eſſe*

peccata, vel odium Dei mereri, aut quantò vehementiùs quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tantò eum grauiùs peccare, anathema ſit.

Sed vt ad propoſitionem memoratam redeamus, vbi dixit cap. 12. fol. 134. col. 1. B. Gratiam quam adſtruimus ſufficientem, eſſe Semi-pelagianorum, *vt non immeritò*, inquit, *dici poſſit eam à Maſſilienſibus cæteriſque Semi-pelagianis ortum habuiſſe, & in Catholicorum Scholas eſſe tranſlatam.* Habet cap. 13. fol. 138. col. 2. E. Ipſiſſima propoſitionis damnatæ verba & terminos, *Hæc igitur omnia*, inquit, *pleniſſimè planiſſimeque demonſtrant, nihil eſſe in Sancti Auguſtini doctrina certiùs ac fundatiùs quàm eſſe Præcepta quædam quæ hominibus, non tantum infidelibus, Excæcatis, obduratis, ſed fidelibus quoque & iuſtis, volentibus, conantibus ſecundum præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſſe quoque gratiam, quâ fiant poſſibilia.* Hæc ille.

Ex quibus vltimis verbis & ex antecedenter dictis ſatis Mens Ianſenij aperta eſt, atque ipſam propoſitionem in ſenſu Ianſenij Ipr. à SS. Pontificibus Inn. X. & Alexandro VII. eſſe condemnatam; In hoc enim eodem cap. 13. quinque infert ex ſententia ſua veluti quinque corrollaria fol. 135. col. 1. D. *Primum quidem* (ſunt omnia illius verba) *eſſe quædam homini præcepta ſecundum ſtatum & vires in quibus conſtitutus eſt, impoſſibilia. Secundum, non adeſſe ſemper gratiam, quâ illa eadem præcepta implere ſufficiamus.* ibidem litt. E. *Tertium, hanc impotentiam reperiri non ſolum in excæcatis & obduratis & infidelibus ſed etiam fidelibus & juſtis qui & fidem Chriſti & Charitatem juſtitiæ ſuſceperunt.* ibid. col. 2. A. *Quartum, hanc impoſſibilitatem fidelibus accidere, non tantum quando nolunt præcepta facere, ſed etiam quando volunt, perſpicuum eſt enim eos qui Deum pro impetranda gratiâ deprecantur vt valeant facere quod*

ubetur, jam habere præcepti implendi voluntatem, ſed eeſſe poteſtatem. fol. 139.col. 1. D. *Quintum, itaque ex dem principio conſentaneum eſt, plurimis non dari iſtam aciendi præcepti poſſibilitatem, quæ precibus implorari let.* En doctrina quam eſſe indubitatam dixerat fol. 35. contra quem vt contra Caluiniſtam futurum iam gerat Concilium Trident. ſeſſ. 6. Can. 18. *Siquis ixerit Dei præcepta homini etiam juſtificato & ſub gra- ia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, anathema t.* Con. Trid.

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. Auguſtinus quantùm fuerit alienus ab erro- e Ianſenij Iprenſis teſtatur ipſe, lib. de natura & gra- ia cap. 43. *Non igitur*, inquit, *Deus impoſſibilia iubet id iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod on poſſis.* Ex quibus non eſt quod aliquis inferat cum anſeniſtis, ergo non poſſumus aliquid quod peti- nus, nam dicitur, quod *monemur petere quod non poſſu- nus.* Reſpondeo enim ipſiſſimis verbis Ianſenij Ipr. . 2. de gratia Chriſti Saluatoris cap. 17. fol. 66. col. 1. C. *Nam quo quis iuſtior ſanctiorque fuerit, eo magis pro- undè nouit infirmitatẽ ſuã & inſtãtius pro ſingulis operi- us faciendis poſtulat adjutorium, non illud quod in ha- ituali vel ſufficienti gratia iam accepit, quod inaniter ultéque poſcitur, ſi habetur, ſed illud quod ſibi deeſſe, & à Dei miſericordia adhuc donandum eſſe, & ſine quo ihil ſe poſſe, orando profitetur.* Quibus verbis ſeipſum ugulat dum fatetur nos petere quod vno tempore non poſſumus, quia ſcilicet & protunc non eſt ne- eſſitas faciendi & imperium, quod tamen *à Dei mi- ericordia donandum eſt*, vbi occurret implendi præcep- i obligatio, *ſine quo nihil ſe poſſe orando profitetur.* Clariſſimis verbis contradixit D. P. Auguſtinus in

eodem libro de natura & gratia cap. 69. *Eodem quippe ipſo quo firmiſſimè creditur Deum iuſtum & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere, hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus.* In Pſ. 56. in principio. *Neque imperaret*, inquit, *hoc Deus vt faceremus, ſi impoſſibile eſſe iudicaret, vt hoc ab homine fieret.* Sed quid reſpondebit Ianſenius ad ſerm. 191. de tempore prope finem, *Execramur etiam blaſphemiam eorum, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſeruari.*

Secunda Propoſitio Damnata.

Interiori Gratiæ in ſtatu Naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur.

IAnſenij Iprenſis Epiſcopi hanc fuiſſe ſententiam ex toto libro 2. de Gratia Chriſti Saluatoris facillimè conſtat, tum quia vt ex eius dictis in antecedenti propoſitione viſum eſt de Gratia Mediatoris tantùm agat, quæ in ſolo naturæ lapſæ reparatæ ſtatu data ſit, (vt vult) *(paucis exceptis,)* tum quia per omnia concludit gratiam poſſibilitatis fuiſſe ſolius ſtatus Innocentiæ, quam vocat auxilium *ſine quo*, auxilium autem *quo*, pertinere ad ſolum noſtrum ſtatum, itavt illud dederit poſſe agere vel non agere, cui poſſet reſiſtere liberum arbitrium & de facto reſtitit in Adamo, hoc autem noſtri ſtatus auxilium, quod gratiam Mediatoris ſemper vocat, non det poſſe agere, ſed ſemper actu agere & conſequenter cui non poſſit reſiſtere liberum arbitrium, ſi enim ſemper ſit, id quo agit, quotieſcunque datur, benè ſequitur, quod *ei nunquam reſiſtitur.* Quæ ex proprijs

Virtus gratiæ Mediatoris in ſtatu naturæ lapſæ ex Ianſenio.

ius verbis, longè melius intelligentur, vbi enim im-
iè nimis dixit l. 2. de gratia Chriſti cap. 1. fol. 33. A.
*num eorum adjuuat tanquam adiutorium roboris natu-
alis, alterum vt remedium ægritudinis, quæ tantùm in-
er ſe diſcrepant, vt ſi alterum alterius loco adhibeatur,
el nihil omnino conferat, vel pro adjumento perniciem
erat.* ait cap. 4. fol. 40. E. & 41. *hoc adiutorium antè
uinam erat tale, vt influxus adiutorij perinde atque vo-
untatis in opus ab ipſo libera voluntatis nutu penderet,
deóque ſalua maneret illa libertatis in vtramque partem
exibilis indifferentia. Nunc verò poſt ruinam, tale eſt vt
aciat annuere & influere & velle voluntatem.* Et poſt
auca, *Eſt enim hoc ipſum quod ſuaptè efficacia facit
nfluere facultatem, nec facultatis ipſius libero arbitra-
ti ſubjacet, ſed inuictè facit vt hoc vel iſtud arbitrium
rbitretur & velit, talis eſt influxus omnis cauſæ forma-
s, hoc ipſo quippe quo adeſt iuſtitia, fit iuſtus animus
& ſine illa iuſtus eſſe nunquam poteſt.* Nonne hoc eſt
unquam reſiſti Gratiæ, quemadmodum effectus
ormalis, vt hic illam cum illo æquiparat, ne diui-
itùs quidem non poteſt non eſſe datâ cauſâ forma-
in actu? quod clariùs explicat dum expreſſis ter-
ninis ait gratiam non poſſe à voluntate noſtra deſe-
fol. 41. col. 1. C. *Quod clariùs*, inquit, *fortaſſe ita
ici poſſet quod gratia ſanæ voluntatis in eius libero ar-
itrio relinqueretur, vt eam ſi vellet deſereret aut ſi vellet,
teretur, gratia verò lapſæ ægrotæque voluntatis nullo-
odo in eius relinquatur arbitrio, vt eam deſerat aut ar-
ipiat ſi voluerit, ſed ipſa ſit potius illa poſtrema Gratia,
uæ inuictiſſimè facit vt velit & à voluntate non deſera-
ur.* Nec eſt quod quidam ex aduerſarijs dicant, id
nterdùm contingere, non ſemper, vt enim præmo-
ui agit Ianſenius Ipr. de natura gratiæ voluntatis in-
rmæ ſecundum ſe, quæ vbique eiuſdem rationis

eſſe cenſetur, ac proinde ſicut nunquam deſeritur, nec etiam ei aliquando reſiſtitur ex Mente Ianſenij, vtque idipſum confirmet, ſubjungit in eodem cap. 4. fol. 41. col. 2. C. *Alterum adjutorij genus eſt quo ſimul ac datum fuerit, fit effectus tantaque efficacia vt hoc ipſo quo datur, continuò fiat, dat enim ſimul & poſſe & operari.* à cap. 5. vſque ad 14. oſtendit adjutorium poſſibilitatis eſſe ſolius Adami & Angelorum atque illud ipſum eſſe quod modò Pelagianum dicitur; ex quo facilè deprehenditur, aut quantùm ipſe Ianſenius Ipr. hallucinetur in confundendo adiutorium ſine quo Adami cum poſſibilitate Pelagiana, illud enim erat vera gratia, hæc verò tantùm natura; aut quod ipſe fuerit Pelagianus in explicanda tuendaque poſſibilitate Angelorum & Adami; Quam D. P. Auguſtinus tom. 7. l. de gratia Chriſti cap. 5. ſic profert. *Ecce eſt*, inquit, *totum dogma Pelagij in libro eius tertio pro libero arbitrio, his omnibus verbis diligenter expreſſum, quo tria iſta, vnum quod eſt poſſe, alterum quod eſt velle, tertium quod eſt eſſe, id eſt poſſibilitatem, voluntatem, actionem, tanta ſubtilitate curauit diſtinguere, vt quandocunque legimus vel audimus Diuinæ gratiæ adiutorium confiteri vt à malo declinemus, bonumque faciamus, ſiue in lege atque doctrina, ſiue vbilibet conſtituat, ſciamus quod loquitur, nec erremus aliter eum intelligendo quàm ſentit. Scire quippe debemus quod nec voluntatem noſtram nec actionem Diuino adiuuari credit auxilio, ſed ſolam poſſibilitatem voluntatis atque operis quam ſolam in his tribus nos habere affirmat ex Deo.* Volebat enim Pelagius vt ex citatis verbis conſtat, Deum creaſſe potentiam ſeu poſſibilitatem voluntatis noſtræ, quam creationem vocabat gratiam ipſamque ſolam eſſe à Deo, quâ poſitâ homo ſibi ſufficiens eſſet vt voluntatis actus & effectus haberet ſine ſuperaddito adiu-

orio, vt enim proſequitur D. P. Aug. loquendo de la poſſibilitate *tanquam*, inquit, *hoc ſit infirmum quod pſe Deus poſuit in natura, cætera verò duo, quæ noſtra eſſe voluit, ita ſint firma & fortia & ſibi ſufficientia vt nullo ndigeant eius auxilio.*

Verùm vt ad propoſitum redeamus audiatur Ianſenius Ipr. ſolemniter fidem profitens ſuam c. 14. fol. 59. col. 2. B. *Hoc enim*, inquit, *imprimis poſtulat ſolemnis ille loquēdi modus quo iuxta ſacrarum ſcripturarum normam, Auguſtinus & Concilia docent per iſtud Chriſti adiutorium, Deum facere vt arbitrium velit, vt conſentiat, vt operetur, Nunquam autem vel leuiter inſinuat, ſed potius expreſſis verbis negat in hominis lapſi ſicut integri, hoc voluntate relinqui vt illud amplectatur aut deſerat.* Ante quæ verba in eodem cap. & fol. E. D. dixerat, *totam doctrinæ molem in illum tanquam ſcopum collimare vt Chriſtiani credant, & qui poſſunt intelligant non liberum arbitrium eſſe quod poſſit gratiæ efficientiam ſeu influxum in opus impedire*, cap. 24. explanando vires gratiæ Mediatoris fol. 81. col. 1. A. *ſimul ac pulſat fores*, inquit, *rumpit oſtia, repugnantemque domat voluntatem, tollit omnem eius RESISTENTIAM, rapit eam ſecum & ex inuita volentem ac ſe determinantem facit.* & infra audet dicere vix voluntatem agere, *Ita Dei Spiritu*, inquit, *per gratiam rapiatur & agatur vt ipſamet voluntas vix agere intelligatur.* Certè ſi vix agere intelligatur, ego conſequenter inferam, ergo vt inanime quoddam agitur & mouetur; qui eo temerario auſu loqueretur, iamdiu condemnatus eſt per Conc. Trid. ſeſſ. 6. Can. 4. *ſi quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatū nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti quo ad obtinendam juſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit ſed veluti ina-*

Non poteſt impediri influxus gratiæ nec ei reſiſti ex Ianſenio.

Conc. Trid.

nime quoddam nihil omninò agere, meréque paſſiuè ſe habere, anathema ſit. Non veretur tamen Ianſenius id confirmare fol. 81. cap. 24. col. 2. B. C. *diximus*, inquit, *quod Deus per gratiam, duritiam cordis hoc eſt Reſiſtentiam voluntatis primitùs auferat,* & fol.82.col. 2. B. C. *Gratiam Dei Auguſtinus ita victricem ſtatuit ſupra voluntatis arbitrium, vt non rarò dicat, hominem operanti Deo per gratiam, non poſſe reſiſtere, ſed è contrario Deum non quidquid voluntatem facturam præuidet ſiuè abſolutè, ſiue conditionate, ſed quidquid omninò voluerit, in voluntate operari, quam ipſe magis habeat in ſua omnipotenti poteſtate quam ipſa voluntas ſe.* fol. 87. cap.27. col. 2. B. *Quapropter*, inquit, *quiſquis iam alia diuina gratiæ adiutoria infirmis hominibus afferre nititur quæ deſerant ſi velint, & in quibus permaneant ſi velint, cum quibus tanquam ſufficientibus operentur ſi velint, nihil aliud imprudens facit, niſi vt originalis peccati virus euacuet, illæſas liberi arbitrij vires eſſe, Chriſtum fruſtrà veniſſe & gratis mortuum eſſe perſuadeat* cap.28.fol.88.col.1. A. B. docet gratiam Innocentiæ reliquiſſe hominis voluntatem in æquilibrio, vt poſſet ſi vellet, quod gratia Chriſti & noſtri ſtatus tollit; *Oſtendimus,* inquit, *talem eſſe quantùm ad operandi modum, vt directè opponatur illi gratiæ quam natura fortis Angelorum & hominis Innocentis habuit, hoc eſt illi gratiæ potentiali quæ dat homini poſſe ſi velit, ſeu quæ relinquitur in libero voluntatis arbitrio, vt pote ſine qua bonus eſſe non poteſt, ſed eam tamen per liberum arbitrium deſerere poteſt, quam deſereret primus homo quùm vellet, & in quo permaneret ſi vellet, non quo fieret vt vellet, velle enim & nolle, ſtare & cadere, perſeuerare & non perſeuerare propter vires integræ voluntatis in libero relinquebatur arbitrio, Iſti, inquam, gratiæ oſtendimus directè repugnare gratiam Chriſti, tanquam*

iæ non relinquit voluntatem in iſto æquilibrio, ſed illud ferat, & efficiat vt velit, ideò quippè tribuitur vt du- tia ceu Reſiſtentia cordis primitùs auferatur. Quid anifeſtiùs dicere potuit pro damnata propoſitione? iùm enim ſæpè fateatur; fruſtrà legem, diſciplinas, aſiones, nomine gratiæ gaudere, niſi apud Pela- anos, conſequens eſt immò formalibus terminis preſſum, vt libero voluntatis arbitrio ſublato, quilibrio, Reſiſtentiâ, quotieſcunque gratia Chri- i datùr in ſtatu in quo degimus; Quod in ſtatu na- ræ lapſæ nunquam interiori gratiæ Reſiſtitur.

Nec eſt quod aduerſarij opponant Ianſenium Ipr. iter ſenſiſſe tom. 3.l. 8. de gratia Chriſti cap.2.fol. 4.col. 2. C. Adducens enim ſeptem differentias uas adinuenit inter Prædeterminationem Phyſicam homiſtarum & adjutorium Chriſti medicinale ſic t in differentia tertia. *Tertiò*, inquit, *Prædetermina- o Phyſica talis eſſe dicitur, vt in quibuſcunque cir- umſtantiis voluntas collocetur, ſemper faciat facere & eretur effectum ſuum, omnemque ſuperet reſiſtentiam: hriſti adiutorium nullo modo, nam delectatio victrix, uæ Auguſtino eſt efficax adiutorium, relatiua eſt, hinc im eſt victrix, quando alteram ſuperat, quod ſi contin- it alteram ardentiorem eſſe, in ſolis inefficacibus deſide- is hærebit animus, nec efficaciter vnquam volet quod olendum eſt.* Ergo, inferunt, non admiſit propoſi- onem damnatam, aliàs ſibi ipſi foret contrarius, bi enim voluntas in deſiderijs inefficacibus, tunc eſiſtet. Verùm quantùm fuerit conſtans in propo- tione hac ſecunda damnata, multiplici teſtimonio ſt conuictum: ſed vt quid ſentiat per terminos hu- is tertiæ differentiæ dicognoſcamus, ipſe legendus ſt l. 2. de gratia Chriſti cap. 27. fol. 86. quo etiam emittit lectorem dum ait, *qua de re, vide quæ in iiſ-*

Obiĳ. Reſp.

dem locis à nobis dicta ſunt. Ibi autem nihil aliud vult quàm in Chriſti adiutorio eſſe inæqualitatem quæ non reperiatur in gratia prædeterminante ; eſſe aliquando adiutorium ita paruum vt ſufficiat tantùm ad ſimplicem complacentiam non autem ad velleitatem , aliquando paulò fortius vt ad velleitatem ſufficiat , ſed non ad abſolutam voluntatem obediendi, aliàs ita eſſe robuſtum vt ad hanc voluntatem ſufficiat , ſemper autem habere effectum ad quem ſufficit , ibique docet vt & fol. 97. col. 1. c. 32. D. E. omnem Chriſti Gratiam habere ſemper ſuum effectũ adæquatum , videlicet voluntatem ceu volitionem, vel fortem vel infirmam , ac proindè nulli gratiæ Reſiſti quùm det quælibet ſuum ſibi proportionatum velle & operari.

Et ne videar imponere Ianſenio legantur propria illius verba præcitato cap. 27. col. 2. l. 2. de gratia Chriſti fol. 86. litt. E. *Nec verò ,* inquit , *moueat quemquam, quod conſtet multos diuinitùs colluſtrari, imo verò & in ipſa voluntate motibus diuinæ gratiæ percelli, qui tamen ab eius interna ſuaſione & inclinatione diſſentiunt , vt propterea falſum putet gratiã in eo cui datur, ſemper operari effectum , ob quem datur. Conſiderandum eſt enim multiplices eſſe diuinæ gratiæ effectus ,quemadmodum & voluntatis ; Eſt enim velle perfectum , eſt & imperfectum , quod velleitatem appellare ſolent : & hoc ipſum diuerſos gradus habet , donec ad ipſam primam tenuiſſimamque boni complacentiam veniatur. Hæc ergo primus eſt cœleſtis iſtius roris effectus , quem vt minimum in omnibus operatur , quibus eum infundit Deus,* & paucis interjectis , col. 1. fol. 87. A. *hæc igitur gratia, quamuis nullomodo ſufficiat vt homo Dei mandatum operetur , ad hoc tamen facit aliquid vt iſtarum vel alterius cuiuſdam cœleſtis rei liberas quaſdam non voluntates ſed*

lleitates vel complacentias excitet , non enim quæuis atia , ad quoſuis effectus inſerendos ſufficit , & col. 2. t. B. concludit per verba ſuperiùs relata quæ in- piunt *Quapropter, &c.* & cap.32.col. 1. D.E. fol.97. oſtquã fusè intendit nullam gratiam dari congruam ſi quæ in externis ſignis conſiſteret vt lege, prædi- ationе, miraculis & ſimilibus, de interna gratia ſic tur, *meminiſſe debet nullam gratiam actualem ab Au- uſtino pro illa vera Chriſti gratia agnoſci , quam tan- uam Medicus infirmæ voluntati attulit, niſi quæ agit & ragit effectum.* & paucis interjectis, *Vndè quodam lo- dicit Auguſtinus, gratia vero Dei ſemper eſt bona , & fectum eius adæquatum duplicem, videlicet voluntatem u volitionem infirmam ac fortem ſtatim explicans, &c.*

Addam (quod ſeriò notandum duxi) vix vnum anonem in aliquo Concilio vſque modo habito, ex luribus propoſitionibus compoſitum , reperiri, cu- is omnes termini continuò in damnatorum hæreti- orum libris inſerantur, vt per ſe jacent in Canone, t quid ergo aduerſarij vociferantur ipſiſſima verba ropoſitionum Damnatarum non apud Ianſenium prenſem continuò inſcribi, vt præ ſe ferunt, quùm mnes (exceptâ duntaxat primâ, quam nullus etiam anſeniſta negauerit eſſe in Ianſenio Iprenſi) con ent uabus partibus vt in hac iam viſum eſt, vbi primò t mentio Reſiſtentiæ, deindè ſtatûs in quo non Re- ſtitur (vt volunt) ſcilicet naturæ lapſæ ; quæ in ualibet ſequenti propoſitione damnata vt pote bi- nembri, ſimiliter facile eſt aduertere.

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. Auguſtinum tot fallacijs & erroribus fuiſſe, emper aduerſum teſtantur quotquot hac de re ha- uit ſcripta. tract.19. in Euangel. Ioann. prope finem, *aciunt enim homines voluntatem ſuam, non Dei quando*

faciunt quod volunt, non quod iubet Deus. Ergo reſi-
ſtunt jubenti. libr. 50. hom. 11. *Quùm per adiuto-
rium Dei in poteſtate tua ſit vtrum conſentias diabolo,
quare non magis Deo quam ipſi obtemperare deſideras?*
lib. vno de gratia & natura contra Pelagianos cap. 67.
citat & confirmat ea quæ dixerat lib. 3. de lib. arb.
cap. 19. *Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus
ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras, neque
illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod
volentem ſanare, contemnis.* tom. 8. in Pſalm. 124.
in principio Præfationis, *Pſalmus iſte, docet nos
non intendere in homines qui proſperantur in hoc ſæ-
culo, fælicitate falsâ atque ventosâ & prorſus ſeductoriâ,
vbi nihil aliud nutriunt quam ſuperbiam & cor illorum
congelaſcit aduerſus Deum, & fit durum aduerſus im-
brem gratiæ ipſius, ne fructum ferat.* Ergo reſiſtit im-
bri gratiæ. In Pſ. 91. paulò poſt initium *ſi Sathanas
loqueretur & taceret Deus, haberes vnde te excuſares,
modò aures tuæ poſitæ ſunt inter Deum monentem & ſug-
gerentem ſerpentem, quare huc flectuntur; hinc auertun-
tur; non ceſſat Sathanas ſuadere malum, ſed nec
Deus admonere bonum, Sathanas autem non cogit inui-
tum, in tua poteſtate eſt conſentire aut non conſentire.* lib.
1. Q Q. ad ſimpl. q. 2. *Noluit Eſaü & non cucurrit,
ſed & ſi voluiſſet & cucuriſſet, Dei adiutorio perueniſſet,
niſi ipſe vocatione contemptâ. Reprobus fieret,* ergo re-
ſtitit Dei adjutorio præuenienti dum & vocationem
contempſit, ergo falsò dixit Ianſenius in Auguſti-
ni principijs interiori gratiæ nunquam Reſiſti. Et
lib. de Spiritu & littera vbi diſtinxit de libero arbitrio
ſecundum ſe tantùm vtque creatum eſt, & vt adiu-
tum gratiâ vocante, dicit poſſe conſentire illi gratiæ
aut diſſentire, qui termini haud dubiè opponuntur
illi propoſitioni *nunquam reſiſtitur.* cap. 34. *Attendat*

& videat

videat, inquit, *non ideò tantùm iſtam voluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio eſt quod nobis naturaliter concreatum eſt, verùm etiam quod viſorum ſuaſionibus agit Deus vt velimus & vt credamus ſiue extrinſecùs, ſiue intrinſecùs, vbi nemo habet in poteſtate, quod ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt*. Et tribus lineis interceptis, *profectò & ipſum velle credere, Deus operatur in homine & in omnibus miſericordia eius præuenit nos, conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt*.

Tertia Propoſitio Damnata.

Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à Neceſſitate, ſed ſufficit libertas à Coactione.

Ianſenius Iprenſis Epiſcopus tom. 3. tribus libris tractat de libero arbitrio ſcilicet lib. 6.7. & 8. duobus prioribus diſputat de Natura & diuiſionibus libertatis, altero verò, hoc eſt, octauo de concordia liberi arbitrij cum gratia; in quibus frequenter prædicta propoſitio tertia ſæpiùs poterit notari vt videbitur ex dicendis. Reijcit enim vbique ad rationem libertatis quamcunque Indifferentiam ſiuè Contrarietatis ſiuè Contradictionis vt lib.6. de gratia Christi cap. 4. fol. 260. col.1. E. *Recentiores*, inquit, *imaginantur, illum tantummodò actum eſſe in noſtra poteſtate,* Libertas cum Neceſſitate ex Ianſenio. *hoc eſt, in libero noſtræ voluntatis arbitrio, & illius tantum nos eſſe dominos, quem pro libitu noſtro, poſitis omnibus ad agendum neceſſariis, poſſumus facere & non facere, qua in re ſinè dubitatione falluntur*. & cap. 5 fol. 263. col. D. *Hinc ergo*, inquit, *proficiſcitur, primò quod apud*

Auguſtinum eſſe liberum arbitrium, & eſſe aliquam hominis vel Angeli voluntatem ſeu volitionem pro iiſdem prorſus vſurpantur, nimirùm quia iuxtà doctrinam eius apertiſſimè traditam, voluntas ſeu volitio & libera voluntas idem ſunt, ſicut velle & liberè velle, & impoſſibile ſit, vt velle, non ſit liberum. Ex quibus principijs propoſitionem memoratam deducit cap. 6. fol. 264. col. 2. D. *Duplex*, inquit, *neceſſitas reperitur, vna quæ operatur effectum ſuum, etſi nolis, ceu quantumcunque nitaris, altera quâ ſimpliciter neceſſe eſt aliquid fieri ſine reniſu voluntatis, prima illa neceſſitas opponitur voluntati.* & poſt multa fol. 266. col. 1. C. *Doctrina*, inquit, *Auguſtini eſt, Neceſſitatem illam primam prout etiam naturam ſic explicatam complectitur (nec aliud eſt reſpectu voluntatis* (ſunt omnia verba Ianſenij) *quàm quædam Vis aut Violentia aut Coactio, quæ operatur id quod poteſt etiam nolente voluntate) capitaliter repugnare libertati, eamque funditùs perimere, non autem illam Neceſſitatem, quæ eſt ſimul voluntaria, quâ ſcilicet ſimpliciter neceſſe eſt aliquid fieri non repugnante, ſed immutabiliter volente voluntate.* Eadem prorſùs repetit ibidem col. 2. C. D. & litt. E. concludit, *Ex quibus*, inquit, *aperte conſentaneum eſt omnem omninò voluntatem quantumcunque ad vnum determinatam, nullâ tali Neceſſitate, quia dicitur neceſſe eſſe vt velit, deſinere eſſe liberam, quia non deſinit eſſe voluntas, quæ non eſſet ſi nollemus.* fol. 267. col. 1 E. *Ex his*, inquit, *vides quàm enormiter aberrent illi qui vt probent ad libertatem arbitrij, requiri Indifferentiam, & abeſſe debere Neceſſitatem.* Quæ vbi confirmauit ſecundùm mentem ſuam ait ibidem col. 2. D. *hæc eſt prima Neceſſitas violentiæ ſeu Coactionis, quæ omnem omninò adimit libertatem, Nūc de ſecunda illa ſimplici Neceſſitate, quâ ſine Coactione ſimpliciter aliquid neceſſarium eſſe dicitur, quæ libertatem*

s lædit, ſed potiùs hôc ipſô quô voluntatem affert, ſta-t. vnde cap. 7. docet voluntatem Dei etſi neceſ-atem habentem eſſe liberam, idem dicit de Ange-& hominibus beatis reſpectu fruitionis beatæ c. fol. 269. *Sed libertas,* inquit, *beatorum ſiue hominum, ue Angelorum multò inuictius demonſtrat ſimplicẽ illam Neceſſitatem ſublatâ omni omninò Indifferentiâ & Cõtra-rtatis & Contradictionis non officere libertatis arbitrio.* egatur etiam fol. 270. col. 1. A. B. & 275. col. 1. cap. . & cap. 12. in principio, *Ex his*, inquit, *quæ ha-enùs diſſeruimus, ſatis patuit non aliud eſſe liberum arbi-ium generaliter, iuxtà doctrinam S. Auguſtini quàm uod eſt in noſtra poteſtate, & nihil ei repugnare, niſi uod fit quùm nolumus, hoc eſt Neceſſitatis illius premen- cogentiſque Violentiam.* Quam hæreſim nititur con-rmare viginti tribus ſubſequentibus capitibus, au-oritate etiam aliorum doctorum, quibus ſole cla-us eſt ita Ianſenium Ipr. ſenſiſſe. Quæ doctrina dicit cap. 12. fol. 276. col. 2. E. *Recentioribus inau-ta eſt & non mediocriter mira videbitur*, ſed & ipſe ad-ertit cap. 34. fol. 300. in fine, quod iſta doctrina, *Cal-ini* opinioni concinat vt loquitur, cui ſe ſatisfacturũ romittit lib. 8. cap. vltimo fol. 370. col. 2. B. cuius olutio hæc eſt, *Reſpondetur*, inquit, *non omnia quæ æretici docent ſunt hæretica, mos enim ſolemnis omnium æreticorum eſt, vt falſis vera miſceant miſcendoque per-rbent omnia, quod venenum quaſi melle circumlitum ab cautis cum ſecuritate hauriatur.* Haud dubiè, ita egit nſenius, quùm nec aliter ſoluat, (niſi quis Ianſe-um palinodiam canere hìc aſtruat) nec Caluinum x hoc cenſeat Erroneum, quod ſolam Coactionem, ollere voluntatis arbitrium, ſuſtineat; vtque nulla perſit ratio dubitandi, ſupradicta eſſe ſecundùm entem eius ait fol. 301. col. 2. D. *Eſt ipſiſſimum*

Obijcit.

Reſpõdet.

quod hic cum Auguſtino de eſſentiali libertate voluntatis quantum-vis neceſſaria, Aſſerimus.

Meritum cum neceſſitate in ſtatu naturæ lapſæ ex Ianſenio.

Quòd verò per illam Neceſſitatem non cogentem, intelligat agere per ordinem ad Meritum in natura lapſa, quâ non tollatur liberum arbitrium, imò ſanetur & reſtauretur, id ſatis euidens eſt, ex eò quòd agat vbique de gratia Medicinali Saluatoris ita per ordinem ad bonum opus, vt ex ipſo Ianſenio illa ſit quæ perficiat & operetur, velle in nobis, imò ſit ipſum bonum opus liberè (licet neceſſariò) quia voluntariè, in nobis productum; Itavt etiam pluries doceat hanc gratiam quam volitionis aut actionis vocat (provt illam diſtinguit à gratia habituali liberante) eſſe ipſum Meritum, hanc enim differentiam ponit lib. de gratia primi hominis & Angelorum cap. 16. & ſeq. & lib. de gratia Chriſti l. 2. cap. 6. & ſeq. quod gratia fuerit pediſſequa liberi arbitrij in ſtatu Innocentiæ, in ſtatu autem naturæ lapſæ liberum arbitriū ſit gratiæ pediſſequum, itavt Adamus habuerit gratiam ſuam in poteſtate ſua, potuiſſetque mereri vi liberi arbitrij cum gratia, atque protùnc Meritum fuiſſet vera illius boni operis Merces; ſed nunc ipſum Meritum gratìs detur; Sitque ipſa gratia, vocetur gratia, & non Merces, ſed donum, quod & de ipſa beatitudine aſſerit, quæ omnia etiam liberè habentur (licet neceſſariò) quia voluntariè; In quibus plurimùm hallucinatur, dum enim vocat Meritum Adami, *Humanum*, noſtrum verò, *Diuinum*, clarum eſt eum cum Lutheranis & Caluiniſtis tollere rationem veri Meriti, condemnatis per Concilium Tridētinum ſeſſ. 6. Canone 4. 5. 6. & 32. Canon quartus eſt ſuprà relatus in propoſitione ſecunda, quintus & ſextus docent in nobis eſſe verum liberum arbitrium itavt in poteſtate noſtra ſit, vias noſtras facere malas,

at trigeſimus ſecundus ſic loquitur de Merito noſtro. *Siquis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita, aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & IESV CHRISTI Meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ (ſi tamen in gratia deceſſerit) conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema ſit.* Addo quod ſi adſtruat Meritum (quod tamen cum proprijs illius verbis ſtare non poteſt) euidens eſt eum illud ſtatuere cum ſimplici Neceſſitate, ac proinde ad merendum aut demerendum, non requiri libertatem à Neceſſitate ſed ſufficere à Coactione. Profero aliqua eius teſtimonia, lib. 2. de gratia Chriſti fol. 47. cap. 6. col. 1. E. *Secundus*, inquit, *effectus illius diuerſitatis eſt, quod opus ac MERITVM quod ſibi voluntas cum adiutorio ſine quo non, parere poterat, futurum eſſet humanum, nunc vero Diuinum, tanquam donum gratiæ Dei.* Et infrà vbi pluribus docuit beatitudinem tempore Adami habuiſſe rationem Mercedis, nunc vero eſſe Gratiam C. D. E. *quod non,* inquit, *alia ex cauſa verum eſt, vel eſſe poteſt niſi quod gratia primi hominis & Angelorum non erat adiutorium quô fit MERITVM, hoc eſt, quô Deus infirmam voluntatem & velle & operari facit, & voluntatem donat: ex quo neceſſe eſt vt conſequenter tali voluntati, vita æterna ſit gratia.* Idem confirmat cap. 7. fol. 48. vtque ſubſannet aduerſarios qui nolunt admittere huiuſmodi adiutorium neceſſitans ſic ait cap. 11. fol. 54. col. 2. A. B. *Indigniſſimè,* inquit, *tulerunt exploſeruntque velut intolerabile, nam octo aut nouem abſurditates pluſquam dici poſſit exorbitantes afferre ſibi videbantur, certiſſimum putabant introduci libertatis excidium, Coactionem afferri, Neceſſitatemque voluntati, fatum.*

Conc. Trid.

condi, ignauâ benefaciendi ſecuritate animos obtorpeſcere, bonas voluntates laude, præclaras actiones MERITO fruſtrari præmioque criminabantur. & cap. 12. fol. 56. col. 1. C. *Vndè medicinalis gratia ei neceſſaria eſt, quæ ipſum illud velle largiatur, quod quùm Deus per medicinalem gratiam facit, dando ipſam credendi, orandi, ſperandi, diligendique voluntatem, tum demùm talis actio eſt gratiæ diuinæ, non voluntatis humanæ, tunc eſt MERITVM Diuinitùs datum, non humana voluntate præſumptum, tunc eſt iuſtitia non noſtra, ſed Dei, non quaſi ſine voluntate noſtra fieret, ſed quia Deus concurrente licet voluntate, facit vt fiat: ſicut anteà concurrente ſanitatis adiutorio, (hoc eſt Adami vel Angelico & ſufficienti & congruo) voluntas humana faciebat vt fieret.* Idem fusè repetit cap. 13. col. 1. fol. 57. & in fine cap. 14. fol. 61.

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. AVGVSTINVS haud dubiè longè abfuit ab huiuſmodi errore, vt qui ſæpè dixerit id quod *naturâ vel neceſſitate fit* nullo pacto eſſe culpabile quia in noſtra poteſtate eô ipsô non cenſetur, ergo non liberum, quodque obſeruatû dignum, vt pateat eum per Naturam aut Neceſſitatem non intelligere *Coactionem*, exempla profert tam in ſenſibilibus quam in inſenſibilibus quorum motus ideò liberi non ſunt aut culpabiles, quia Naturâ vel Neceſſitate, vt motus lapidis deorſum, & viuere noſtrum aut mori, vndè conſtans veritas eſt quod Motum liberum voluntatis noſtræ omnimodè diſtinguat à Motibus qui Naturâ aut Neceſſitate fiunt, ác proinde ſecundùm S. Doctorem etiam libertatem à Neceſſitate requiri ad rationem liberi arbitrij, & vt quis apud Deum Mereatur & vt demereatur. Legatur tom. 1. l. 3. de lib. arb.

ap. 1. prope initium. *Vide*, inquit, *quid ſit certiſſima ...eritas, ſi enim Natura vel Neceſſitate iſte motus exiſtit, ...ulpabilis eſſe nullo-pacto poteſt:* Quæ vt ſimilia repetit, *...ur ergo tibi* (alloquitur Euodium quem interlocu...orem ſupponit) *vel affirmandum vel certè cum ali...ua dubitatione dicendum viſum eſt, quod perſpicuè fal...um eſſe, ipſe conuincis? dixiſti enim, ſi ita data eſt volun...as libera vt naturalem habeat iſtum motum, iam Neceſſi...ate ad hac conuertitur neque vlla culpa deprehendi poteſt ...bi Natura, Neceſſitaſque dominatur. Ego ipſum Motum ...ulpabilem dixi & ideò mihi diſplicere & reprehenden...lum eſſe, dubitare non poſſum; Animam verò quæ iſto ...otû ab incommutabili bono ad commutabilia detrahi...ur, nego eſſe culpandam, ſi eius Natura talis eſt vt eò Ne...eſſario moueâtur.* Et paulo poſt. *Porrò quia iſtum mo...um non dubitamus eſſe culpabilem, omni modo negan...lû eſt, eſſe Naturalem & ideò non eſt ſimilis illi motui quô ...aturaliter mouetur lapis.* Quod paucis interjectis ex...lanat aperiendo ſimilitudinem & diſſimulitudinem ...Aotûs lapidis deorſùm, & animi ad interiora, quod ...triuſque ſit proprius, ſed ille naturalis & neceſſà...ius quem lapis cohibere non poteſt, iſte vero ſit ...oluntarius quem in poteſtate habeat vt eum cohi...ere poſſit, *In eoque ſimilis eſt*, inquit, *illi motui, quô ...eorſum verſus, lapis fertur, quod ſicut iſte proprius eſt la...idis, ſic ille animi, veruntamen in eo diſſimilis, quod in ...oteſtate non habet lapis, cohibere motum, quo fertur in...eriùs, animus verò, dum vult, non ita mouetur, vt ſu...erioribus deſertis, inferiora deligat, & ideo lapidi Na...uralis eſt ille motus, animo vero iſte Voluntarius*, &c. ... circa medium, *Nihil tam in noſtra poteſtate, quàm ...pſa voluntas eſt, ea enim proſus nullo interuallo, mox vt ...olumus, præſto eſt, & ideò rectè dicere poſſumus, non ...oluntate viuimus, ſed Neceſſitate, aut non Voluntate ...

rimur, ſed Neceſſitate & ſi quid aliud huiuſmodi. tom. 6. cõtra Fortunatum diſputatione primâ, iuxtâ medium. *Animæ*, inquit, *rationali quæ eſt in homine dedit Deus liberum arbitrium, ſic enim poſſet habere meritum ſi Voluntate non Neceſſitate boni eſſemus, quùm ergo oporteat non Neceſſitate, ſed Volũtate bonum eſſe, oportebat vt Deus animæ daret liberum arbitrium.* Vtque oſtenderet in nobis eſſe libertatem contrarietatis hoc eſt, poteſtatem agendi benè & malè quod ſuprà negauit Ianſenius reperiri in D. P. Auguſtino hìc ſubjungit; *Huic autem animæ obtemperanti legibus ſuis, omnia ſubjecit ſinè aduerſitate, vt ei cætera, quæ Deus condidit; ſeruirent, ſi & ipſa Deo ſeruire voluiſſet, ſi autem ipſa ſeruire noluiſſet, ea quæ illi ſeruiebant, in pœnam eius conuerterentur.* Habet ergo liberum vt velit & nolit ſeruire Deo. Quæ libertas contrarietatis manifeſta eſt, præcitato lib. 3. de lib. arb. in fine cap. 1. *Quùm bonus Deus me fecerit, nec bene aliquid faciam niſi per voluntatem, Ad hoc potius datam eſſe à bono Deo ſatis apparet, Motus autem quô hùc atque illùc voluntas conuertitur, niſi eſſet voluntarius, atque in noſtra poſitus poteſtate, neque laudandus quùm ad ſuperiora, neque culpandus homo eſſet, quùm ad inferiora detorquet quaſi quendam cardinem voluntatis: neque omninò monendus eſſet vt iſtis neglectis, æterna velle adipiſci, atque vt malè nollet viuere, vellet autem benè.* & cap. 25. in principio, *Voluntas non allicit ad faciendum quod-libet niſi aliquod viſum, quid autem quiſque vel ſumat vel reſpuat, eſt in poteſtate, ſed quô viſô, tangatur, nulla poteſtas eſt, fatendum eſt & ex ſuperioribus & ex inferioribus viſis animum tangi, vt rationalis ſubſtantia ex vtroque ſumat, quod voluerit, & ex Merito ſumendi vel miſeria vel beatitas ſubſequatur.* Pro libertate contradictionis quæ eſt agere vel non agere, ſunt infinita te-

Libertas cõtrarietatis ex D. P. Auguſtino.

ſtimonia

timonia apud D. P. Auguſtinum quidquid inſulsè contradicat Ianſenius Iprenſis, ad inſtar omnium ſit illud ex eodem lib.3.de lib.arb. c. 16. *Ex eo igitur*, inquit, *quod non accepit, nullus reus eſt, debet autem, ſi accepit & voluntatem liberam & ſufficientiſſimam facultatem, vſque adeò autem dùm non fecit quiſque, quod debet, nulla culpa eſt Conditoris, vt & laus ſit, quoniam quod debet, patitur, & in eo ipſo, quod vituperatur, non faciendo quod debet, non niſi laudetur ille, cui debet.*

Libertas contradictionis ex D. P. Auguſtino.

Quarta Propoſitio Damnata.

Semi-pelagiani admittebant præuenientis Gratiæ Interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam Gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere vel obtemperare.

IAnſenius Iprenſis reuerà habuit duas illas partes huius propoſitionis damnatæ, licet diuerſis in locis; nimirum Semi-pelagianos admiſiſſe gratiæ interioris Neceſſitatem, etiam ad initium fidei, cui reſiſtere poſſent; deinde eapropter fuiſſe condemnatos. Quoad primã partem, ſatis ex eo conſtat quòd vbique velit, Noſtram fidei ſententiam quoad gratiam ſufficientem, non differre à Semi-pelagiana, quam gratiam ſæpè vocat poſſibilitatis, ad omnes actus in ſtatu Innocentiæ neceſſariam & conceſſam, licet vt docuit, Motus voluntatis non gratiæ illi attribuerentur, ſed libero arbitrio, hinc eſt, quòd quia gratiæ illius Interioris neceſſitatẽ ad omnes & ſingulos actus ordinis ſupernaturalis, etiam ad initium fidei admittamus, nos paſſim Semi-pelagianos criminetur. Præter ea verò, partem illam habet tomo primò l. 8. cap.

Maſſilienſes præuenientem gratiam interiorẽ admittebāt etiam ex Ianſenio.

6. fol.185. col. 2. B. C. *Itaque*, inquit, *Maſſilienſium opinionibus & Auguſtini doctrina quam diligentiſſimè ponderatâ, certum eſſe & indubitatum eſſe debere SENTIO, quod Maſſilienſes, præter prædicationem atque naturam, Veram etiam & internam & actualem gratiam, ac ipſam etiam fidem, quàm humanæ libertatis & voluntatis adſcribunt viribus, neceſſariam eſſe fateantur.* Et ibidem fol. 188. col.1.B.C. *In hoc ergò*, inquit, *propriè Maſſilienſium Error ſitus eſt, quod aliquia primæuæ libertatis reliquum putant, quô ſicut Adam ſi voluiſſet, poterat perſeueranter operari bonum, ita lapſus homo ſaltem credere poſſet, ſi vellet, Neuter tamen abſque interioris gratiæ adiutorio, Cuius Vſus vel Abuſus relictus eſſet, in vniuſcuiuſque arbitrio & poteſtate. Non enim excluſiſſe Maſſilienſes ab illa credendi voluntate, gratiam quæ interiùs adiuuaret, vel inde ſolum, (etſi nihil ipſi expreſſius dicerent) perſpicuum eſſe poteſt, quod frequenter non minus Proſper quam Auguſtinus, eorum ſententiam quâ hominem ſuâ naturali poſſibilitate ſeu libertate, ſeu naturâ credere & velle poſſe cenſebant, in Angelis & Adamo, non autem in lapſis hominibus, veram eſſe fateantur.* Quibus verbis vtraque pars propoſitionis damnatæ, exprimitur, quùm vocet Errorem Maſſilienſium, illam gratiæ interioris confeſſionem. Et ibidem fol.188. col.2. B. C. *Ex quo*, inquit, *relinquitur quandocùnque Maſſilienſes naturalem illam libertatem & poſſibilitatem ex Adami integritate reliquam prædicant, & ei ſaltem fidem tribuũt, nunquam eos illam Adami gratiam excludere, ſed ita locutiones illas accipere, quemadmodum Proſper & Auguſtinus eas probant, & ipſi in Epiſtola Hilarij ſatis apertè interpretatur, videlicet, vt quemadmodùm volũtas Adæ perſiſtendi & deſiſtendi habebat liberam poteſtatem, & nihilominus illum integris viribus iuuaret gratia volentem, ſine ſi vellet: ita voluntas lapſorum hominum cre-*

endi habeat liberam poteſtatem, ſic tamen vt eos eadem ratia iuuet credentes tantum. Et litterâ E ibidem. *Neue verò hanc ipſam gratiæ neceſſitatem ad ipſum velle Maſſilienſes di°tentur.* Quæ iterùm confirmat in ſequentibus, verùm quia ex dictis ſatis nota ſunt, illa on adduco.

Quod verò propter huiuſmodi gratiæ interioris dmiſſionem fuerint Condemnati vt fert altera pars ropoſitionis damnatæ, etiam clarè docet, tomo 3. 2. de gratia Chriſti cap. 25. fol. 85. col. 1. E. vbi ſententiam Maſſilienſium explicatam, quoad gratiam illam interiorem, notat hæreſeos. *Nam præter quam,* inquit, *Quod ipſi gratiam quandam potentialem in us cum libero arbitrio concurrentem afferrent, quæ adiuuaret hominem ad credendum ſi vellet, nec tamen Hæreſis notam effugere potuerunt, vt ſuprà fuſius declarauimus.* & ol. 88. col. 2. A. *Quanta igitur,* inquit, *Audacia poſt Cõdemnatos iam à tot ſæculis Maſſilienſes, aſſerere, quod uia in ſtatu Innocentiæ ſufficiebat homini ad ſalutem graia, quâ poterat perſeuerare ſi vellet, etiam nunc ſufficiat?* Et lib. 3. de gratia Chriſti cap. 1. fol. 103. col. 2. E. mpugnando gratiam ſufficientem. *Tertiò,* inquit, *nia eſt adiutorium quod Maſſilienſes ad credendum neceſarium eſſe, atque ita ſufficere ſtatuebant, vt cum eo credere poſſet homo ſi vellet, qui tamen tanquam Hæretici roſcripti ſunt: non aliam ſanè ob cauſam, niſi quia tale uxilium, homini ſufficere putarent.* Citat in margine cap. 2. libri ſecundi cui titulus eſt, *Quintò ex Errore Maſilienſium, qui licet adiutorium poſſibilitatis & ſine quo on, defenderent, tanquam gratiæ Chriſti deſtructores Damnati ſunt.* Quæ nititur probare inter alia autem abet citato cap. 12. fol. 56. col. 1. D. *Hoc igitur modo,* inquit, *quia Maſſilienſes cum gratiæ præſentis adiutorio, putabant hominem per naturales primæ integrita-*

Maſſilienſes propter gratiam præuenientẽ condemnati ex Ianſenio.

iis reliquias poſſe credere, poſſe orare ac deſiderare Deum, tanquam gratiæ Medicinalis deſtructores, & liberi arbitrij præſumptores, meritâ cenſuræ ſeueritate Dãnati ſunt. Quibus nihil euidentiùs haberi potuit, quò propoſitionem damnatam eſſe Ianſenij verbis exaratam, conſtaret.

Deindè quòd Maſſilienſes voluerint poſſe reſiſti vel obtemperari tali gratiæ Interiori, ex eodem ipſo Ianſenio ſupra citato manifeſtum eſt, ex tom. 1. l. 8. cap. 6. fol. 188. col. 1. B. ijs verbis, *Cuius Vſus vel Abuſus, relictus eſſet, in vniuſcuiuſque arbitrio & poteſtate.*

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. Auguſtinus Nunquam ita ſenſit de Semipelagianis; In quo luce clariùs eſt plurimùm aberraſſe Ianſenium à Mente & Sententia tanti Doctoris licet enim illi Neceſſariam eſſe gratiam admitterent ad exequenda bona opera cum Catholicis, errabant tamen cùm Pelagianis, volentes initium bonorum operum eſſe ex nobis, ceu vt Pelagiani loquebantur ex natura & poſſibilitate naturæ, vnde Semi-pelagiani dicti ſunt, contra quos plures habuit Canones ex D. P. Auguſtino excerptos Concilium Arauſicanum ſecundum, maximè verò Canonem ſextum ex lib. de Prædeſtinatione ſanctorum vſque ad caput nonum.

Conc. Arauſ. *Siquis ſinè gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri, non autem Diuinitùs vt credamus, velimus, vel hæc omnia, ſicut oportet, agere valeamus, per infuſionem & inſpirationem Spiritus ſancti in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ*

1. Cor. 4. Ibidem. *ſubjungit gratiæ adiutorium, nec vt obediens & humillimus, ipſius gratiæ donum eſſe conſentit, reſiſtit Apoſtolo*

icendi, *quid habes quod non accepiſti & Gratiâ Dei* *um id quod ſum.* Deinde D. P. Auguſtinus dum fa-etur ſuum errorem fuiſſe eundem ac Maſſilienſium, icit ſe arbitratum eſſe & ipſam fidem haberi ex no-is & ſine gratia, ceu humanis viribus gratiam eſſe ubjungendam. Legatur l. 1. de Prædeſt. SS cap. 3, *Quùm ſimiliter*, inquit, *errarem putans fidem quâ in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe, in obis & per illam nos impetrare Dei dona, quibus tem-erāter & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo, Neque enim dem putabam Dei gratiâ preueniri, vt per illam nobis aretur, quod poſceremus vtiliter, niſi quia credere non oſſemus, ſi non præcederet præconium veritatis, vt autem rædicatô nobis Euangeliô, conſentiremus, noſtrum eſſe roprium, & nobis ex nobis eſſe, arbitrabar.* Ergò quùm rraret cum Semi-pelagianis vt fatetur; Nec ipſe ratiam ad credendum V. G. eſſe neceſſariam arbi-raretur, conſequens eſt, vt nec Maſſilienſes illam ad dem & ad ſingulos actus bonorum operum admit-erent; ac proindè etiam hæreticum eſt aſſerere, quod deò proſcripti ſunt ab Eccleſia, quia gratiam In-eriorē ad ſingulos actus admiſerint, vt erroneè pro-oſuit Ianſenius Iprenſis, quùm è contra ideò fue-int damnati quia illam reſpuerint vt ex Arauſicano . viſum eſt.

Quinta Propoſitio Damnata.

'emi-pelagianum eſt dicere Chriſtum pro omnibus omni-nò hominibus Mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.

IAnſenij Iprenſis hunc fuiſſe alterum Errorem, mi-ror quomodò negent, aut etiam explicare detortò enſû, audeant, qui legerint caput vigeſimum primum

quod eſt vltimum libri tertij de gratia Chri[?]i Saluatoris tom.3. fol. 162. vt enim arguat continuò contra veritatem gratiæ ſufficientis, dicit argumentum noſtrum pro illa confirmanda deſumi ex eo, quod Chriſtus pro omnibus Mortuus ſit, & conſequenter nulli deſit gratia ſufficiens, quòd tamen per totum caput dictum, impugnat & rejicit tanquàm nullum & falſum, ſecundum Mentem Auguſtini. Incipit ergo caput ſic. *Sed aliud argumentum pro gratia ſufficienti omnium proferri ſolet, quia Chriſtus eſt Redemptor omnium, iuxtà illud* 1. Tim.2. *Qui dedit ſemetipſum Redemptionem pro omnibus*. Videte quid reſpondeat littera C. col.1. *Reſpondetur*, inquit, *& hoc argumentum ſicut omnia præcedentia, iam olim ad nauſeam vſque à Pelagianis præſertimque Maſſilienſibus inculcatum fuit, vt mirum ſit recentiores tantô ſtudiô, trita hæreticorum arma colligere & obſoleta recudere, quin potiùs, nihil mirum, ſi ad eundem ſcopum collimantes, eôdem eâdem viâ peruenire contendunt, quum enim Maſſilienſes Diuinæ beneuolentiæ propoſitum erga quoſdam ſubuertere, ac penitus ex hominum animis tollere conarentur, tanquam firmiſſimã baſim Errori ſuo collocarunt iſta ſcripturæ loca, quibus Deus dicitur omnes velle ſaluos fieri atque eſſe redemptor omnium.* Quibus & ſubſequentibus, quæ prætermitto, iam conſtat Ianſenium Iprenſem dixiſſe propoſitionem Memoratam fuiſſe Semi-pelagianam. In eodem fol. 162. col. 2. A. B. *Reſpondeo igitur*, inquit, *quando Chriſtus ab Apoſtolo dicitur, Redemptionem, ſemetipſum dediſſe pro omnibus, in cruce videlicet pro omnibus moriendo, ab aliquibus intelligi quod ſe dederit Redemptionem ceu ἀντίλυτρον, ideſt, pretium pro omnibus omninò ſufficienter, quia ſufficiens pretium obtulit, non tàmen pro omnibus omninò efficienter, quia non omnibus applicatur iſta redemptio.* Vbi quibuſdam interiectis,

Maſſilienſes dixerunt Chriſtum pro omnibus Mortuum. ex Ianſenio.

).Proſperi verbis,ſubjungit litt. D. *Solutio iſta faci-s eſt, ex qua nullo modo ſequitur, ſufficiens adiutorium nnibus ex tali Redemptione omnium,eſſe præparatum.* t litt. E. *Quia*, inquit, *alióquin etiam pro dæmonibus dediſſe Redemptionem dici poſſet, quibus redimendis nè dubio pretium ſanguinis eius eſt ſufficiens; ac deni-uè quia Proſpero antiquior ac doctior Auguſtinus, nun-uam in ſcriptis ſuis fatetur Chriſtum pro omnibus(nullô xceptô) ſe dediſſe Redemptionem, vel Crucifixum eſſe, el Mortuum, ſed tantummodò pro illis, quibus mors ius profuit qui certô modô,multi & omnes ſunt, hinc ge-uiniùs veriùſque Reſpondemus Chriſtum dici ſe dediſſe Redemptionem pro omnibus, hoc eſt pro vniuerſa ſua Eccleſia totô orbe diſperſa, & conſequenter pro omnibus ominum generibus, regibus, priuatis, nobilibus, igno-ilibus,&c. Itemquè pro omnibus hoc eſt pro hominibus mnium Nationum, Linguarum, Gentium, Iudæis vi-elicet ac Gentilibus, ex quibus congregatur vniuerſus po-ulus Dei.* Quem errorem nititur confirmare ali-uibus authoritatibus,maximè D.P.Auguſtini,quem ult arbitratum,nunquam Chriſtum pro peccatis In-deliũ in Infidelitate morientiũ,nec pro Iuda paſſum; einde adducit Remigium Archiepiſcopum cum ſua cclesia Lugdunenſi, poſteà verò Concilium Valen-inum quibus expoſitis ſic infert fol. 164. col. 2. A. *Ex quibus omnibus iam ſatis arbitror patere, argumen-um iſtud quô Chriſtus pro omnibus Paſſus & Mortuus vel Redemptionem ſe pro omnibus dediſſe dicitur, nihil mninò pro auxilio ſufficienti omnibus(nemine excepto)ſup-editando facere, Nec enim iuxta doctrinam Antiquo-um, pro Omnibus Omninò Chriſtus Paſſus aut Mortuus ſt, aut pro Omnibus Omninò tam generaliter Sanguinem Fudit, quum hoc potiùs tanquam Errorem à fide Catho-lica abhorrentem, doceant eſſe reſpuendum.* Non potue-

Chriſtus non eſt pro omnibus omninò mortuus, ex Ianſ. nio.

runt clariora proferri verba pro tota propoſitione damnata, quæ quatuor columnis ſequentibus explanat ac tandem concludit fol. 166. col. 2. A. *Nullô modô principijs eius conſentaneum eſt* (loquitur de D. P. Auguſtino) *vt Chriſtus Dominus vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro Iuſtorum non perſeuerantium æterna ſalute Mortuus eſſe, Sanguinem Fudiſſe, ſemetipſum Redemptionem dediſſe, patrem oraſſe ſentiatur.* Et paucis interpoſitis. *Ex quo factum eſt, vt iuxtà Sanctiſſimum Doctorem, non magis Patrem pro æterna liberatione ipſorum, quam pro Diaboli deprecatus fuerit.*

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. Auguſtini vniuerſa opera, haud dubiè non decies & ampliùs legerat Ianſenius Iprenſis, attentione acri, adnotatione diligenti, nec Libros contra Pelagianos facilè trigeſies à capite ad calcem euoluerat, vt tradidit author ſynopſis vitæ ipſius Ianſenij Iprenſis, in limine operum eiuſdem Cornelij, nam contraria omninò docuit D. P. Auguſtinus, ita vt voluerit pro Infidelibus in infidelitate morientibus, pro ipſo Iuda, & pro omnibus (Nemine exceptò) Mortuum eſſe Chriſtum, & Sanguinem fudiſſe; Quia verò Ianſenius paſſim & maximè columnâ vltimâ libri 3. de gratia Chriſti, auſus eſt aſſerere fol. 166. col. 2. B, *Quod D. Auguſtinus nunquàm locum illum Apoſtolicũ, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ad omnes omninò homines extendi paſſus fuerit; ſed ſemper ita intelligendum contenderit, vt in ſolis Prædeſtinatis effectum ſuum voluntas illa ſortiretur.* Antequam alias authoritates S. Doctoris proferam, priùs videndum eſt, an ita ſemper ſenſerit, vt audet ſcribere Ianſenius. Legatur ergo tom. 3. l. de Spiritu & littera ad Marcellinum cap. 33. paulò poſt initium. *Vult autem,* inquit, *Deus*

mnes homines ſaluos fieri & in agnitionem veritatis ve-ire, non ſic tamen vt eis adimat liberum arbitrium, uô vel bene vel malè vtentes iuſtiſſimè iudicentur, quod uum fit; Infideles quidem contra Dei voluntatem faciũt, ùum eius Euangelio non credunt, nec ideò tamen eam incunt, verùm ſeipſos fraudant magno & ſummo bono, aliſque pœnalibus implicant, experturi in ſupplicijs oteſtatem eius, cuius in donis miſericordiam Contemp-erunt; ita voluntas Dei ſemper inuicta eſt, vinceretur utem, ſi non inueniret, quid de Contemptoribus faceret, ut vllô modô poſſent euadere, quod de talibus ille conſti-uit; qui enim dicit, verbi gratiâ, volo, vt hi omnes ſer-i mei operentur in vinea & poſt laborem requieſcentes pulentur, ita vt Quiſquis eorum hoc Noluerit, in piſtrino mper molat, videtur quidem quicumque contempſerit, ontra voluntatem domini ſui facere, ſed tunc eam vin-et, ſi & piſtrinum contemnens effugerit, quod nullô modô eri poteſt ſub Dei poteſtate. Videat Ianſenius quan-ùm differant hi termini, imo verò quomodò non ifferant *ſinguli* & *hi omnes ſerui mei* & *quiſquis eorum*, naximè verò quùm aliquis eorum & quiſquis eo-um contempſerit, imò & *Infideles* quos ex antedi-tis vult ſaluos fieri, contra voluntatem Dei faciunt, uùm eius Euangelio non credunt, contra eam ſcili-et, quâ vult omnes homines ſaluos fieri, vt D. P. Au-uſtinus conſequenter loquitur, qui tamen non cre-entes ſeipſos fraudant ſummo bono, dum miſericor-iam Dei etiam donis exhibitis manifeſtam contem-erunt; quid illa verba ſonant niſi voluntatem Dei e ſalute omnium non modò fuiſſe pro generibus ingulorum, ſed & pro ſingulis generum. Scio D. P. Auguſtinum aliter hunc textum Apoſtolicum expli-uiſſe, vt in Enchiridio ad Laurentium cap. 103. *Vult mnes homines ſaluos fieri, tanquam,* inquit, *diceretur*

nullum hominem fieri ſaluum, niſi quem ſaluum fieri ipſe voluerit. Secundò ibidem vult omnes homines ſaluos fieri, &c. *Non quod*, inquit, *nullus hominum eſſet, quem ſaluum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos pœnitentiam ſi feciſſet, ſed vt omnes homines, omne genus humanum intelligamus per quaſcunque differentias diſtributum, Reges, Priuatos, Nobiles, Ignobiles.* Tertiâ expoſitio habetur l. de cor. & gratia cap. 15. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Ideſt *nos facit velle.* In quibus tribus modò allatis expoſitionibus aduertat quiſquis Ianſeniſta, (quod pauci forſan vſque modò notarunt) quantùm differentiæ interſit apud D. P. Auguſtinum inter has tres iam allatas & alteram ex lib. de Spiritu & littera deductam, quod in hac nullum terminum ingerat quô quis anxius eſſe poſſit, an ille textus ſit intelligendus pro ſingulis generum, ſed id aſſertiuè docet, vt viſum eſt ex illis verbis, *hi omnes ſerui mei &, quiſquis eorum, &c. Infideles contra Dei voluntatem faciunt, &c.* At in alijs tribus memoratis expoſitionibus, termino dubitatiuo ſemper vtitur. Nouerat enim S. Doctor eundē textum. S. Scripturæ pati plures ſenſus litterales, quatuor memoratos adducit de illo 1. Thim. 2. *Vult omnes homines ſaluos fieri*, vtque pateat cui magis adhæreat, ait reſpectu primæ & ſecundæ expoſitionis, *Intelligere poſſumus & quocunque alio modo intelligi poteſt* (notanda plurimùm quæ ſequuntur) *duntamen credere non cogamur aliquid omnipotentem Deum voluiſſe fieri, factumque non eſſe.* Ita etiam in tertia expoſitione ex lib. de cor. & gratia præmiſſit, *poteſt ſic intelligi*, vbi verò iam dicto libro de Spiritu & littera explicuit, nullâ vſus eſt præcautione ſed acertiuè dixit, *vult Deus omnes ſaluos fieri*, determinando *hos omne ſeruos, quemquam eorum, etiam Infidelium*

ui faciunt contra illam Dei voluntantem. Quâ era
fronte dixit Ianſenius, *quòd nunquam D. Auguſti-
s, locum illum Apoſtolicum Deus vult omnes homines
luos fieri, ad omnes omninò homines extendi paſſus fue-
t?* Redeò iterùm ad propoſitionem condemnatam
uam D.P. Auguſtinus totis viribus millies eneruat.
. 20. ciuit. cap. 6. *Omnes itaque*, inquit, *mortui
nt in peccatis* (*Neminè Excepto*) *ſiuè in originalibus,
uè etiam voluntate additis, vel ignorando vel ſciendo, nec
ciendo quod iuſtum eſt & pro omnibus mortuis, viuus
ortuus eſt vnus.* An dixerit Ianſenius Infideles non
le mortuos peccatis originalibus? Quid ſi omnes
ſinguli mortui ſunt? ergo pro omnibus & ſingu-
s mortuis, viuus mortuus eſt *Vnus*. tract. in Ioan.
2. *Chriſti ſanguis*, inquit, *ſic in Redemptionem om-
ium peccatorum fuſus eſt, vt ipſum etiam peccatum
oſſit deleri, quô fuſus eſt.* In Pſ. 95. *Iudicabit orbem
rræ in æquitate*, addit, *Non partem, quia non partem
mit, totum iudicare debet, quia pro toto pretium dedit.*
n Pſ. 68. Conc. 2. ait de Iuda proditore, *Nec agno-
it pretium, quô ipſe à Domino Redemptus erat.* Lib. 2.
e Symbolo ad Catechumenos cap. 8. *Fortaſſè ergo,* Ioan. 20.
nquit, *ſicut demonſtrauit Thomæ non credenti niſi tan-* Zach. 12.
*eret & videret, ita etiam inimicis ſuis vulnera ſua de-
onſtraturus eſt, propter quod dictum eſt per Prophetam,
idebunt in quem pupugerunt, non vt eis dicat ſicut Tho-
æ quia vidiſti, credidiſti, ſed vt conuincens eos veritas
icat, Ecce hominem quem Crucifixiſtis, Ecce Deum
& Hominem, in quem credere Noluiſtis, videtis vulne-
a quæ inflixiſtis, agnoſcitis latus quod pupugiſtis, quo-
iam & per vos & propter vos apertum eſt, non tamen
ntrare Voluiſtis.* Serm. 114. de Tempore, *Vnâ morte
niuerſum mundum ſicut omnium Creator, ita omnium
eparator abſoluit.* Legatur totum caput quartum lib.

Maſſilienſes præuenientem gratiam interiorẽ admittebãt etiam ex Ianſenio.

6. fol. 185. col. 2. B. C. *Itaque*, inquit, *Maſſilienſium opinionibus & Auguſtini doctrina quam diligentiſſimè ponderatâ, certum eſſe & indubitatum eſſe debere* SEN-TIO, *quod Maſſilienſes, præter prædicationem atque naturam, Veram etiam & internam & actualem gratiam, ac ipſam etiam fidem, quàm humanæ libertatis & voluntatis adſcribunt viribus, neceſſariam eſſe fateantur.* Et ibidem fol. 188. col. 1. B. C. *In hoc ergò*, inquit, *propriè Maſſilienſium Error ſitus eſt, quod aliquia primæua libertatis reliquum putant, quô ſicut Adam ſi voluiſſet, poterat perſeueranter operari bonum, ita lapſus homo ſaltem credere poſſet, ſi vellet, Neuter tamen abſque interioris gratia adiutorio, Cuius Vſus vel Abuſus relictus eſſet, in vniuſcuiuſque arbitrio & poteſtate. Non enim excluſiſſe Maſſilienſes ab illa credendi voluntate, gratiam quæ interiùs adiuuaret, vel inde ſolum, (etſi nihil ipſi expreſſius dicerent) perſpicuum eſſe poteſt, quòd frequenter non minùs Proſper quam Auguſtinus, eorum ſententiam quâ hominem ſuâ naturali poßibilitate ſeu libertate, ſeu naturâ credere & velle poſſe cenſebant, in Angelis & Adamo, non autem in lapſis hominibus, veram eſſe fateantur.* Quibus verbis vtraque pars propoſitionis damnatæ, exprimitur, quùm vocet Errorem Maſſilienſium, illam gratiæ interioris confeſſionem. Et ibidem fol. 188. col. 2. B. C. *Ex quo*, inquit, *relinquitur quandocunque Maſſilienſes naturalem illam libertatem & poßibilitatem ex Adami integritate reliquam prædicant, & ei ſaltem fidem tribuũt, nunquam eos illam Adami gratiam excludere, ſed ita locutiones illas accipere, quemadmodum Proſper & Auguſtinus eas probant, & ipſi in Epiſtola Hilarij ſatis apertè interpretatur, videlicet, vt quemadmodùm volũtas Adæ perſiſtendi & deſiſtendi habebat liberam poteſtatem, & nihilominus illum integris viribus iuuaret gratia volentem, ſine ſi vellet: ita voluntas lapſorum hominum cre-*

ndi habeat liberam poteſtatem, ſic tamen vt eos eadem atia iuuet credentes tantum. Et litterâ E.ibidem. *Ne- e verò hanc ipſam gratiæ neceſſitatem ad ipſum velle Maſſilienſes dicebentur.* Quæ iterùm confirmat in ſe- uentibus, verùm quia ex dictis ſatis nota ſunt, illa on adduco.

Quòd verò propter huiuſmodi gratiæ interioris dmiſſionem fuerint Condemnati vt fert altera pars ropoſitionis damnatæ, etiam clarè docet, tomo 3. 2. de gratia Chriſti cap. 25. fol. 85. col. 1. E. vbi ſen- ntiam Maſſilienſium explicatam, quoad gratiam il- m interiorem, notat hæreſeos. *Nam præterquam,* in- uit, *Quod ipſi gratiam quandam potentialem in . . us cum bero arbitrio concurrentem afferrent, quæ adiuuaret ominem ad credendum ſi vellet, nec tamen Hæreſis no- m effugere potuerunt, vt ſuprà fuſius declarauimus.* & ol. 88. col. 2. A. *Quanta igitur,* inquit, *Audacia poſt ōdemnatos iam à tot ſæculis Maſſilienſes, aſſerere, quod uia in ſtatu Innocentiæ ſufficiebat homini ad ſalutem gra- a, quâ poterat perſeuerare ſi vellet, etiam nunc ſufficiat?* t lib. 3. de gratia Chriſti cap. 1. fol. 103. col. 2. E. npugnando gratiam ſufficientem. *Tertiò,* inquit, *uia eſt adiutorium quod Maſſilienſes ad credendum neceſ- rium eſſe, atque ita ſufficere ſtatuebant, vt cum eo cre- ere poſſet homo ſi vellet, qui tamen tanquam Hæretici roſcripti ſunt: non aliam ſanè ob cauſam, niſi quia talè uxilium, homini ſufficere putarent.* Citat in margine cap. 2. libri ſecundi cui titulus eſt, *Quintò ex Errore Maſ- lienſium, qui licet adiutorium poſſibilitatis & ſine quo on, defenderent, tanquam gratiæ Chriſti deſtructores Damnati ſunt.* Quæ nititur probare inter alia autem abet citato cap. 12. fol. 56. col. 1. D. *Hoc igitur mo- o,* inquit, *quia Maſſilienſes cum gratiæ præſentis ad- utorio, putabant hominem per naturales primæ integrita-*

Maſſilien- ſes prop- ter gra- tiam præ- uenientē condem- nati ex Ianſenio.

ijs reliquias poſſe credere, poſſe orare ac deſiderare Deum, tanquam gratiæ Medicinalis deſtructores, & liberi arbitrij præſumptores, meritâ cenſuræ ſeueritate Dãnati ſunt. Quibus nihil euidentiùs haberi potuit, quò propoſitionem damnatam eſſe Ianſenij verbis exaratam, conſtaret.

Deindè quòd Maſſilienſes voluerint poſſe reſiſti vel obtemperari tali gratiæ Interiori, ex eodem ipſo Ianſenio ſupra citato manifeſtum eſt, ex tom. 1. l. 8. cap. 6. fol. 188. col. 1. B. ijs verbis, *Cuius Vſus vel Abuſus, relictus eſſet, in vniuſcuiuſque arbitrio & poteſtate.*

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. Auguſtinus Nunquam ita ſenſit de Semipelagianis; In quo luce clariùs eſt plurimùm aberraſſe Ianſenium à Mente & Sententia tanti Doctoris licet enim illi Neceſſariam eſſe gratiam admitterent ad exequenda bona opera cum Catholicis, errabant tamen cùm Pelagianis, volentes initium bonorum operum eſſe ex nobis, ceu vt Pelagiani loquebantur ex natura & poſſibilitate naturæ, vnde Semi-pelagiani dicti ſunt, contra quos plures habuit Canones ex D. P. Auguſtino excerptos Concilium Arauſicanum ſecundum, maximè verò Canonem ſextum ex lib. de Prædeſtinatione ſanctorum vſque ad caput nonum.
Conc. Arauſ. *Siquis ſinè gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri, non autem Diuinitùs vt credamus, velimus, vel hæc omnia, ſicut oportet, agere valeamus, per infuſionem & inſpirationem Spiritus ſancti in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ*
1. Cor. 4. Ibidem 15. *ſubjungit gratiæ adiutorium, nec vt obediens & humillimus, ipſius gratiæ donum eſſe conſentit, reſiſtit Apoſtolo*

dicendi, quid habes quod non accepiſti & Gratiâ Dei ſum id quod ſum. Deinde D. P. Auguſtinus dum fatetur ſuum errorem fuiſſe eundem ac Maſſilienſium, dicit ſe arbitratum eſſe & ipſam fidem haberi ex nobis & ſine gratia, ceu humanis viribus gratiam eſſe ſubjungendam. Legatur l. 1. de Prædeſt. SS cap. 3, *Quùm ſimiliter*, inquit, *errarem putans fidem quâ in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe, in nobis & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperáter & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo, Neque enim fidem putabam Dei gratiâ preueniri, vt per illam nobis daretur, quod poſceremus vtiliter, niſi quia credere non poſſemus, ſi non præcederet præconium veritatis, vt autem Prædicatô nobis Euangeliô, conſentiremus, noſtrum eſſe proprium, & nobis ex nobis eſſe, arbitrabar.* Ergò quùm erraret cum Semi-pelagianis vt fatetur; Nec ipſe gratiam ad credendum V. G. eſſe neceſſariam arbitraretur, conſequens eſt, vt nec Maſſilienſes illam ad fidem & ad ſingulos actus bonorum operum admitterent; ac proindè etiam hæreticum eſt aſſerere, quod ideò proſcripti ſunt ab Eccleſia, quia gratiam Interiorē ad ſingulos actus admiſerint, vt erroneè propoſuit Ianſenius Iprenſis, quùm è contra ideò fuerint damnati quia illam reſpuerint vt ex Arauſicano 2. viſum eſt.

Quinta Propoſitio Damnata.

Semi-pelagianum eſt dicere Chriſtum pro omnibus omninò hominibus Mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.

IAnſenij Iprenſis hunc fuiſſe alterum Errorem, miror quomodò negent, aut etiam explicare detortò enſû, audeant, qui legerint caput vigeſimum primum

quod eſt vltimum libri tertij de gratia Chriſti Saluatoris tom.3. fol. 162. vt enim arguat continuò contra veritatem gratiæ ſufficientis, dicit argumentum noſtrum pro illa confirmanda deſumi ex eo, quod Chriſtus pro omnibus Mortuus ſit, & conſequenter nulli deſit gratia ſufficiens, quòd tamen per totum caput dictum, impugnat & rejicit tanquàm nullum & falſum, ſecundùm Mentem Auguſtini. Incipit ergo caput ſic. *Sed aliud argumentum pro gratia ſufficienti omnium proferri ſolet, quia Chriſtus eſt Redemptor omnium, iuxtà illud* 1. Tim. 2. *Qui dedit ſemetipſum Redemptionem pro omnibus*. Videte quid reſpondeat littera C. col. 1. *Reſpondetur*, inquit, *& hoc argumentum ſicut omnia præcedentia, iam olim ad nauſeam vſque à Pelagianis præſertimque Maſſilienſibus inculcatum fuit, vt mirum ſit recentiores tantò ſtudiò, trita hæreticorum arma colligere & obſoleta recudere, quin potiùs, nihil mirum, ſi ad eundem ſcopum collimantes, eòdem eâdem viâ peruenire contendunt, qùm enim Maſſilienſes Diuinæ beneuolentiæ propoſitum erga quoſdam ſubuertere, ac penitus ex hominum animis tollere conarentur, tanquam firmiſſimā baſim Errori ſuo collocarunt iſta ſcripturæ loca, quibus Deus dicitur omnes velle ſaluos fieri atque eſſe redemptor omnium.* Quibus & ſubſequentibus, quæ prætermitto, iam conſtat Ianſenium Iprenſem dixiſſe propoſitionem Memoratam fuiſſe Semi-pelagianam. In eodem fol. 162. col. 2. A. B. *Reſpondeo igitur*, inquit, *quando Chriſtus ab Apoſtolo dicitur, Redemptionem, ſemetipſum dediſſe pro omnibus, in cruce videlicet pro omnibus moriendo, ab aliquibus intelligi quod ſe dederit Redemptionem ceu ἀντίλυτρον, ideſt, pretium pro omnibus omninò ſufficienter, quia ſufficiens pretium obtulit, non tamen pro omnibus omninò efficienter, quia non omnibus applicatur iſta redemptio.* Vbi quibuſdam interiectis,

Maſſilienſes dixerunt Chriſtum pro omnibus Mortuum. ex Ianſenio.

D.Proſperi verbis,ſubjungit litt. D. *Solutio iſta facilis eſt, ex qua nullo modo ſequitur, ſufficiens adiutorium omnibus ex tali Redemptione omnium,eſſe præparatum.* Et litt. E. *Quia*, inquit, *alióquin etiam pro dæmonibus ſe dediſſe Redemptionem dici poſſet, quibus redimendis ſine dubio pretium ſanguinis eius eſt ſufficiens; ac deniquè quia Proſpero antiquior ac doctior Auguſtinus, nunquam in ſcriptis ſuis fatetur Chriſtum pro omnibus(nullô exceptô) ſe dediſſe Redemptionem, vel Crucifixum eſſe, vel Mortuum, ſed tantummodò pro illis, quibus mors eius profuit qui certô modô,multi & omnes ſunt, hinc genuinius veriuſque Reſpondemus Chriſtum dici ſe dediſſe Redemptionem pro omnibus, hoc eſt pro vniuerſa ſua Eccleſia totô orbe diſperſa, & conſequenter pro omnibus hominum generibus, regibus, priuatis, nobilibus, ignobilibus,&c. Itemque pro omnibus hoc eſt pro hominibus omnium Nationum, Linguarum, Gentium, Iudæis videlicet ac Gentilibus, ex quibus congregatur vniuerſus populus Dei.* Quem errorem nititur confirmare aliquibus authoritatibus,maximè D.P.Auguſtini,quem vult arbitratum,nunquam Chriſtum pro peccatis Infideliũ in Infidelitate morientiũ,nec pro Iuda paſſum; deinde adducit Remigium Archiepiſcopum cum ſua Eccleſia Lugdunenſi, poſteà verò Concilium Valentinum quibus expoſitis ſic infert fol. 164. col. 2. A. *Ex quibus omnibus iam ſatis arbitror patere, argumentum iſtud quô Chriſtus pro omnibus Paſſus & Mortuus vel Redemptionem ſe pro omnibus dediſſe dicitur, nihil omninò pro auxilio ſufficienti omnibus(nemine excepto)ſuppeditando facere. Nec enim iuxta doctrinam Antiquorum, pro Omnibus Omninò Chriſtus Paſſus aut Mortuus eſt, aut pro Omnibus Omninò tam generaliter Sanguinem fudit, quum hoc potiùs tanquam Errorem à fide Catholica abhorrentem, doceant eſſe reſpuendum.* Non potue-

Chriſtus non eſt pro omnibus omninò mortuus, ex Ianſenio.

runt clariora proferri verba pro tota propoſitione damnata, quæ quatuor columnis ſequentibus explanat ac tandem concludit fol. 166. col. 2. A. *Nullò modò principijs eius conſentaneum eſt* (loquitur de D.P. Auguſtino) *vt Chriſtus Dominus vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro Iuſtorum non perſeuerantium æterna ſalute Mortuus eſſe. Sanguinem Fudiſſe, ſemetipſum Redemptionem dediſſe, patrem oraſſe ſentiatur.* Et paucis interpoſitis. *Ex quo factum eſt, vt iuxtà Sanctiſſimum Doctorem, non magis Patrem pro æterna liberatione ipſorum, quam pro Diaboli deprecatus fuerit.*

MENS D. P. AVGVSTINI.

D. P. Auguſtini vniuerſa opera, haud dubiè non decies & ampliùs legerat Ianſenius Iprenſis, attentione acri, adnotatione diligenti, nec Libros contra Pelagianos facilè trigeſies à capite ad calcem euoluerat, vt tradidit author ſynopſis vitæ ipſius Ianſenij Iprenſis, in limine operum eiuſdem Cornelij, nam contraria omninò docuit D. P. Auguſtinus, itavt voluerit pro Infidelibus in infidelitate morientibus, pro ipſo Iuda, & pro omnibus (Nemine exceptò) Mortuum eſſe Chriſtum, & Sanguinem fudiſſe; Quia verò Ianſenius paſſim & maximè columnâ vltimâ libri 3. de gratia Chriſti, auſus eſt aſſerere fol. 166. col. 2. B, *Quod D. Auguſtinus nunquàm locum illum Apoſtolicū, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ad omnes omninò homines extendi paſſus fuerit, ſed ſemper ita intelligendum contenderit, vt in ſolis Prædeſtinatis effectum ſuum voluntas illa ſortiretur.* Antequam alias authoritates S. Doctoris proferam, priùs videndum eſt, an ita ſemper ſenſerit, vt audet ſcribere Ianſenius. Legatur ergo tom. 3. l. de Spiritu & littera ad Marcellinum cap. 33. paulò poſt initium. *Vult autem,* inquit, *Deus*

omnes homines ſaluos fieri & in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen vt eis adimat liberum arbitrium, quô vel benè vel malè vtentes iuſtiſſimè iudicentur, quod quùm fit, Infideles quidem contra Dei voluntatem faciũt, quùm eius Euangelio non credunt, nec ideò tamen eam vincunt, verùm ſeipſos fraudant magno & ſummo bono, maliſque pœnalibus implicant, experturi in ſupplicijs poteſtatem eius, cuius in donis miſericordiam Contempſerunt; ita voluntas Dei ſemper inuicta eſt, vinceretur autem, ſi non inueniret, quid de Contemptoribus faceret, aut vllô modô poſſent euadere, quod de talibus ille conſtituit; qui enim dicit, verbi gratiâ, volo, vt hi omnes ſerui mei operentur in vinea & poſt laborem requieſcentes epulentur, ita vt Quiſquis eorum hoc Noluerit, in piſtrino ſemper molat, videtur quidem quicumque contempſerit, contra voluntatem domini ſui facere, ſed tunc eam vincet, ſi & piſtrinum contemnens effugerit, quod nullô modô fieri poteſt ſub Dei poteſtate. Videat Ianſenius quantùm differant hi termini, imo verò quomodò non differant *ſinguli* & *hi omnes ſerui mei* & *quiſquis eorum*, maximè verò quùm aliquis eorum & quiſquis eorum contempſerit, imò & *Infideles* quos ex antedictis vult ſaluos fieri, contra voluntatem Dei faciunt, quùm eius Euangelio non credunt, contra eam ſcilicet, quâ vult omnes homines ſaluos fieri, vt D.P. Auguſtinus conſequenter loquitur, qui tamen non credentes ſeipſos fraudant ſummo bono, dum miſericordiam Dei etiam donis exhibitis manifeſtam contemſerunt; quid illa verba ſonant niſi voluntatem Dei de ſalute omnium non modò fuiſſe pro generibus ſingulorum, ſed & pro ſingulis generum. Scio D. P. Auguſtinum aliter hunc textum Apoſtolicum explicuiſſe, vt in Enchiridio ad Laurentium cap. 103. *Vult omnes homines ſaluos fieri, tanquam,* inquit, *diceretur*

nullum hominem fieri ſaluum, niſi quem ſaluum fieri ipſe voluerit. Secundò ibidem vult omnes homines ſaluos fieri, &c. *Non quod*, inquit, *nullus hominum eſſet, quem ſaluum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos pœnitentiam ſi feciſſet, ſed vt omnes homines, omne genus humanum intelligamus per quaſcunque differentias diſtributum, Reges, Priuatos, Nobiles, Ignobiles.* Tertià expoſitio habetur l. de cor. & gratia cap. 15. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Ideſt *nos facit velle.* In quibus tribus modò allatis expoſitionibus aduertat quiſquis Ianſeniſta, (quod pauci forſan vſque modò notarunt) quantùm differentiæ interſit apud D. P. Auguſtinum inter has tres iam allatas & alteram ex lib. de Spiritu & littera deductam, quod in hac nullum terminum ingerat quô quis anxius eſſe poſſit, an ille textus ſit intelligendus pro ſingulis generum, ſed id aſſertiuè docet, vt viſum eſt ex illis verbis, *hi omnes ſerui mei &, quiſquis eorum, &c. Infideles contra Dei voluntatem faciunt, &c.* At in alijs tribus memoratis expoſitionibus, termino dubitatiuo ſemper vtitur. Nouerat enim S. Doctor eundẽ textum. S. Scripturæ pati plures ſenſus litterales, quatuor memoratos adducit de illo 1. Thim. 2. *Vult omnes homines ſaluos fieri*, vtque pateat cui magis adhæreat, ait reſpectu primæ & ſecundæ expoſitionis, *Intelligere poſſumus & quocunque alio modo intelligi poteſt* (notanda plurimùm quæ ſequuntur) *duntamen credere non cogamur aliquid omnipotentem Deum voluiſſe fieri, factumque non eſſe.* Ita etiam in tertia expoſitione ex lib. de cor. & gratia præmiſſit, *poteſt ſic intelligi*, vbi verò iam dicto libro de Spiritu & littera explicuit, nullâ vſus eſt præcautione ſed acertiuè dixit, *vult Deus omnes ſaluos fieri*, determinando *hos omne ſeruos, quemquam eorum, etiam Infidelium*

qui faciunt contra illam Dei voluntantem. Quâ ergo fronte dixit Ianſenius, *quod nunquam D. Auguſtinus, locum illum Apoſtolicum Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ad omnes omninò homines extendi paſſus fuerit?* Redeò iterùm ad propoſitionem condemnatam quam D.P. Auguſtinus totis viribus millies eneruat. lib. 20. ciuit. cap. 6. *Omnes itaque*, inquit, *mortui ſunt in peccatis* (*Neminè Excepto*) *ſiuè in originalibus, ſiuè etiam voluntate additis, vel ignorando vel ſciendo, nec faciendo quod iuſtum eſt & pro omnibus mortuis, viuus mortuus eſt vnus.* An dixerit Ianſenius Infideles non eſſe mortuos peccatis originalibus? Quid ſi omnes & ſinguli mortui ſunt? ergo pro omnibus & ſingulis mortuis, viuus mortuus eſt *Vnus*. tract. in Ioan. 92. *Chriſti ſanguis*, inquit, *ſic in Redemptionem omnium peccatorum fuſus eſt, vt ipſum etiam peccatum poſſit deleri, quô fuſus eſt.* In Pſ. 95. *Iudicabit orbem terræ in æquitate*, addit, *Non partem, quia non partem emit, totum iudicare debet, quia pro toto pretium dedit.* In Pſ. 68. Conc. 2. ait de Iuda proditore, *Nec agnouit pretium, quô ipſe à Domino Redemptus erat.* Lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos cap. 8. *Fortaſsè ergo,* Ioan. 20.
inquit, *ſicut demonſtrauit Thomæ non credenti niſi tangeret & videret, ita etiam inimicis ſuis vulnera ſua demonſtraturus eſt, propter quod dictum eſt per Prophetam, videbunt in quem pupugerunt, non vt eis dicat ſicut Thomæ quia vidiſti, crediſti, ſed vt conuincens eos veritas dicat, Ecce hominem quem Crucifixiſtis, Ecce Deum & Hominem, in quem credere Noluiſtis, videtis vulnera quæ inflixiſtis, agnoſcitis latus quod pupugiſtis, quoniam & per vos & propter vos apertum eſt, non tamen intrare Voluiſtis.* Serm. 114. de Tempore, *Vnâ morte vniuerſum mundum ſicut omnium Creator, ita omnium reparator abſoluit.* Legatur totum caput quartum lib. Zach. 12.

6. contra Iulianum quô demonſtrat paruulos omnes eſſe in peccato genitos, quia pro illis omnibus mortuus eſt Chriſtus;Idem inculcat & premit cap.5.& 9. quòd verò etiam pro Reprobis Mortuus ſit, præter iam dicta, clarè docet Serm. 67. de Tempore ſiuè Feria 2. poſt Dom.1. Quadrageſimæ Serm. 1. *Quid faciemus in illo metuendo Iudicij die, quùm tremente mundo,&c. Rationem vitæ cœperit poſtulare, & plus iuſtus quam miſericors, ſeueritate Iudicis contempta miſericordiæ, Reos cœperit accuſare & dicere, Ego pro te, homo, irridentium palmas & ſputa ſuſcepi, acetum cum felle bibi, flagellis cæſus, vepribus coronatus, Cruci affixus, vulnere perfoſſus, vt tu eripereris morti, animam in tormentis demiſi, en clauorum veſtigia, quibus affixus pependi, en perfoſſum vulneribus latus, ſuſcepi dolores tuos, vt tibi gloriam darem, ſuſcepi Mortem vt in æternum viueres, cur quod pro te pertuli perdidiſti? cur ingrate Redemptionis tuæ munera Renuiſti? tu deſpexiſti in homine Deum, in infirmo ſalutem, in via reditum, in Iudice veniam, in Cruce vitam, in ſupplicijs medicinam, & quia poſt omnia mala tua ad medicamenta pœnitentiæ confugere Noluiſti, ab auditu malo non mœreberis liberari, qui tunc erit Stridor dentium.*

Non deſunt alia teſtimonia ex eodem D. P. Auguſtino, quibus aut Imperitia aut Malitia Ianſenij Iprenſis poſſet ritè argui & refutari, ſed hæc ſufficiunt Intento priùs à me præconcepto, quod erat vt euincerem proprijs terminis, ac proinde in ipſo ſenſu & mente fuiſſe damnatas quinque Ianſenij Iprenſis propoſitiones vt apud ipſum jacent, nec Multiplici argumentationum illatione, nec conſequentijs deducendis opus eſſe vt pateſiant, conformiter ad Bullam Summi Pontificijs Alexandri VII. in fine quæ ſic habet, *Quinque illas Propoſitiones ex libro Præ-*

memorati Cornelij Ianſenij Epiſcopi Iprenſis, cui titulus Auguſtinus, excerptas ac in ſenſu ab eodem Cornelio intento, damnatas fuiſſe declaramus & definimus, & vt tales iniuſtâ ſcilicet eâdem ſingulis notâ, quæ in prædicta declaratione & definitione, vnicuique illarum, ſigillatim inuritur (meminit alterius Bullæ Innocentij X.) *damnamus; Ac eundem librum ſæpedicti Cornelij Ianſenij, cui titulus, Auguſtinus, omneſque alios, tam manuſcriptos, quàm typis editos, & ſi quos forſan in poſterum edi contigerit, in quibus prædicta eiuſdem Cornelij Ianſenij doctrina, vt ſupra damnata, defenditur & aſtruitur, aut defendetur vel aſtruetur, Damnamus itidem, atque prohibemus; Mandantes omnibus Chriſti fidelibus ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant, verbo vel ſcripto exponant, vel interpretentur publicè vel priuatim, palam vel occultè imprimant, ſub pœnis & cenſuris contra hæreticos in iure expreſſis, ipſo facto, abſque alia declaratione, incurrendis.*

FINIS.

Conſenſus R. P. Prouincialis.

EGo Theophilvs Dagvindeav, Prouinciæ S. Guillelmi, Aliàs Communitatis Bituricenſis Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini, Prouincialis, permitto *P. F. Symeoni Le Page* eiuſdem Communitatis & voti, & in Sacra Theologia Lectori, vt quæ circa quinque propoſitiones damnatas, ex Ianſenij Lectione diſcuſſit, Curet typis mandari. Datum Pariſijs duodecimo Auguſti. anno Domini 1657.

Theophilvs Dagvindeav, Prouincialis.

Approbatio Doctorum Sacræ Theologiæ.

NOs infra Scripti in Academia Pictauienſi Doctores Theologi, Libellum ceu diſſertationem Theologicam, cui titulus, Theſis Auguſtiniana, ceu S. P. Auguſtini Triumphus de Cornelio Ianſenio Epiſcopo Iprenſi, quinque propoſitiones apertô campô, mouente, à Summis Pontificibus, hæreſeos, vt apud ipſum jacent, damnatas, Operâ & Studiô *R. P. F. Symeonis Le Page*, Auguſtiniani Communit. Bitur. in Sacra Theologia Lectoris, Legimus; nihilque inter legendum obſeruauimus quod pie & Catholicè ſentientium animos offendat; Imo totum hoc opus firmandæ apud fidelium mentes, tùm Apoſtolicæ Sedis quùm Inuictiſſimi Doctoris Gratiæ, Intemeratæ ſemper authoritati Debitæ Reuerentiæ, pervtile arbitramur. Datum Pictauis ſexto Kalendas Sept. anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

F. Ivlianvs Tvffiere, Franciſcanus Doctor actu Regens.
F. P. Thibavdeav Doctor Theologus Ord. FF. Prædicatorum.
S. Gverry, Prior Scholarum Theologiæ.
H. Maret Doctor actu Regens.
I. Raberevl, Regalis Eccleſiæ B. Radegundis Pictauienſis Succentor & Canonicus.